Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-161610-p0001-1

S.d.230

Thol. Q. IV. 377. 671

grat erga parentes, à quibus in ha

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-161610-p0002-7

# De Locorum THEOLOGICORVM D. PHILIPPI MELANTHONIS ORTHODOXA PVRITATE ET VTILITATE, ASſertio & ſubſcriptio præcipuorum aliquot Doctorum.

*Nomina eorum, quorum teſtimonia citantur, vide verſa pagina.*



*Epheſ. IIII.*

*Non amplius ſimus pueri, qui fluctuemus, & circumferamur quouis vento doctrinæ, per verſutiam hominum, per aſtutiam, qua nos adoriuntur, vt imponant nobis.*

M. D. Lxxx.

| | |
|---|---|
| *Martini Lutheri,* | *Nicolai Hemmingij,* |
| *Johannis Matheſij,* | *Jacobi Heerbrandi,* |
| *Actorum Aldenburgenſium,* | *Legato: Pr. March. Brand.* |
| *Matthiæ Flaccij Jllyrici,* | *Eccleſiæ Pomeraniæ,* |
| *Tilemanni Heshuſij,* | *Dauidis Chytræi,* |
| *Joachimi Morlini,* | *Pauli Crellij,* |
| *Martini Chemnitij,* | *Hieronymi Welleri,* |
| *Johannis Stigelij,* | *Johannis Niſæi,* |
| *Conradi Piſtorij,* | *Jacobi Andreæ,* |
| *Martini Sidemanni,* | *Nicolai Selnecceri,* |
| *Joachimi Camerarij,* | *Georgij Waltheri,* |
| *Euricij Cordi,* | *Johannis Maioris Joachimi.* |
| *Simonis Pauli,* | |

Stigelius.

*Occubuit ſancti* CONSTANTIA *morte Lutheri,*
*Deficiens obijt tecum* CONCORDIA *Snepfi,*
*Tandem omnis perijt moriente Melanthone* CANDOR.

# DE LOCORVM THEOLOGICORVM DOMINI PHILIPPI MELANTHONIS orthodoxa puritate & vtilitate.

## I. CAPVT.

### D. PHILIP. MELANTH.

*De conſilio quo ſcripti ſunt loci Theologici in Præfatione locorum 1543.*

*PRodeſt firma & perſpicua teſtimonia de ſingulis articulis doctrinæ Chriſtianæ ordine diſtributa velut in tabella habere propoſita, vt cùm diſputant animi ſecum, aut anguntur, ſententiæ certæ in conſpectu ſint, quæ trepidantes erudiant, erigant, confirment, conſolentur. Hæc enim ſunt exercitia fidei pijs & neceſſaria, & non ignota, de quibus Propheta inquit: Lucerna pedibus meis verbum tuum. Ad hunc vſum domeſticum initio mihi hos locos inſtitui, & cùm viderem his turbulentis temporibus interdum aliqua explicatione opus eſſe, addidi interdum aliquas deſcriptiones aut partitiones. Hæc cùm poſtea circumferrentur in manibus multorum, recognoſcenda & augenda fuerunt.*

Non ambitione, non φιλονικείᾳ, non æmulatione, non vt ſererem rixas, hæc & inſtitui & collegi, ſed primum vt meipſum erudirem, deinde vt aliquorum, qui hæc legebant, honeſta & pia ſtudia adiuuarem. Sed de voluntate mea nihil dicam amplius, quàm quòd Deo probatum eſſe ſpero, ac meæ conſcientiæ teſtimonium antefero criminationibus Eccij, Cochlei, Alfonſi, & multorum, qui illis applaudunt. Cùm autem re ipſa cognouerim, explicationem dogmatum Eccleſiæ, propter multas cauſſas opus eſſe difficilimum, & quanquam neceſſarium eſt, tamen plenum eſſe ingentium periculorum, attentè audiui interpretes eruditos, καὶ θεοδιδάκτους, & mediocri cura & ſolicitudine inquiſiui Eccleſiæ doctrinam, & conatus ſum res veras quanta potui perſpicuitate recitare. Non gigno nouas opiniones, nec aliud maius ſcelus eſſe in Eccleſia Dei ſentio, quàm ludere fingendis nouis opinionibus, & diſcedere à Prophetica & Apoſtolica ſcriptura, & conſenſu vero Eccleſiæ Dei. Sequor autem & amplector doctrinam Eccleſiæ Vitebergenſis & coniunctarum, quæ ſine vlla dubitatione conſenſus eſt Eccleſiæ Catholicæ Chriſti, id eſt, omnium eruditorum in Eccleſia Chriſti. Vult autem Paulus eſſe iudicia doctrinæ in Eccleſia, vt veritas ſeruetur incorrupta, & non temerè labefactetur concordia. Et agnoſco ipſe meorum ſcriptorum maciem & ſqualorem. Quanquam igitur propriè & planè loqui ſtudeo: tamen fieri poteſt, præſertim in tanta mole rerum, & in tanta breuitate, vt interdum aliquid dictum ſit obſcu-

obſcurius, aut parum commodè. Ideò non defugio iudicia Eccleſiarum noſtrarum: Nam has cenſeo verè eſſe Dei Eccleſiam, & vera pietate eas veneror, nec me ab eis ſeiungam, meaq́ dicta ſcripta & facta, earum iudicio permitto. Sæpe etiam optaui alios, qui antecellunt eruditione & iudicio, communicato conſilio, & collatis ſententijs de rebus ipſis & de formis loquendi, graui autoritate tale aliquod opus condere, quod ordine præcipuas materias doctrinæ Eccleſiaſticæ complecteretur. Dicerem hanc rem curæ eſſe debere pijs & ſapientibus Principibus, præſertim in tanta temporum confuſione. Sed videmus Eccleſiam non regi humanis conſilijs. Oro igitur æternum Patrem Domini noſtri IESV CHRISTI, vt propter filium ſuum Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM, quem voluit eſſe victimam καὶ μεσίτην καὶ ἱκέτην, Eccleſiam ſibi colligat, regat & ſeruet, & docentium & diſcentium mentes gubernet, ſtudia adiuuet, & ad veritatem & concordiæ amorem multos flectat. Id cùm Chriſtus in agone precatus ſit, noſtra vota & noſtros gemitus ad huius noſtri Pontificis petitionem adiungamus, qui dixit: Pater, ſanctifica eos in veritate, ſermo tuus eſt veritas. Ne ſinas extingui lucem veritatis, id eſt, Euangelij tui. Et addit: ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. Primum nobiſcum coniuncti ſint, deinde inter ſeſe ſint concordes, & conſulant paci veræ Eccleſiæ, iuſtis officijs. Hortor & ſcholaſticum gregem, vt cogitent qua in ſtatione à Deo collocati ſint, & ſciant ſe Eccleſiæ

*Dei ſeminaria eſſe. Nam ex hoc genere filius Dei regnans dexteram æterni Patris ac dona dans hominibus, videlicet paſtores & doctores ſumit Euangelij miniſtros, quos præparari vult in ſcholis. Hos eſſe cuſtodes librorum Propheticorum & Apoſtolicorum, & verorum dogmatum Eccleſiæ voluit. Quare diligentiam & fidem in re omnium maxima Deo, Eccleſiæ & poſteritati præſtemus, veritatem inquiramus, amemus, tueamur, & ad poſteros incorruptam tranſmittamus. Viteberga An: 1543.*

## IN ACTIS SYNO- dicis. C 2. b 4.

*DE vniuerſa doctrina ſentio, quod ſcripſi in eo libro qui in multorum manibus eſt titulo locorum Theologicorum, in quo non volui nouum genus doctrinæ conſtituere, ſed fideliter collegi doctrinam communem harum Eccleſiarum, quæ amplexæ ſunt confeßionem exhibitam Imperatori anno 1530, quam ſententiam iudico eſſe perpetuam Eccleſiæ Catholicæ doctrinam, & volo dextrè & ſine ſophiſtica, & ſine calumnijs intelligi id ſcriptum. Et quantum mihi conſcius ſum non ſtudio diſſentiendi ab alijs, non amore nouitatis, non* φιλονικείας, *aut alia vlla praua cupiditate impulſus ſum, vt illam Epitomen colligerem. Sed tempora occaſionem præbuerunt. Cùm in prima inſpectione Eccleſiarum comperiſſemus admodum diſſonos clamores eſſe ineruditorum de multis rebus,*

bus, ſummam doctrinæ, quam Lutherus in diuerſis & interpretationum & concionum voluminibus tradiderat, tanquam in vnum CORPVS redactam edidi, & quæſiui genus verborum quo ad proprietatem, quæ ad perſpicuitatem & concordiam vtilis eſt, diſcentes aſſuefierent, & ſemper omnia ſcripta iudicio Eccleſiæ noſtræ, & ipſius Lutheri permiſi, de multis quæſtionibus etiam diſertè ſciſcitatus ſum Lutherum, quid ſentiret, ac multi pagellarum illarum exempla adhuc habent. In eius doctrinæ profeßione, quam vt dixi, ſcio perpetuum eſſe conſenſum Eccleſiæ Catholicæ Domini noſtri IESV CHRISTI, & nunc Deum inuoco, & iuuante ipſo hanc Confeßionem ad æternæ Eccleſiæ conſuetudinē adferam. Hæc recito, ne quis criminetur, me aliorum fidem dubitatione aliqua mea languefacere.

## IN TABVLAS LOCORVM communiū Johannis Niſæi An: 1560. a 4.

SApienter tradita ſunt Symbola Apoſtolicum & Nicenum, vt ſumma doctrinæ quæ eſt Eccleſiæ Dei propria, in conſpectu ſit: quia in omni inſtitutione conſideranda ſunt doctrinarum initia, progreßiones, & (vt ita dicam) metæ. Neceſſe eſt autem in Eccleſia adhibere fontes, videlicet libros Propheticos & Apoſtolicos, quorum lectione illuſtranda & confirmanda ſunt Symbola. Ac vt ſit doctrinæ certitudo vnica, natiua & perpetua

ſermo-

*ſermonis ſignificatio retinenda eſt, iuxta phraſin earum linguarum, quibus vſi ſunt Prophetæ & Apoſtoli. Nec exiſtimetur hic ſermo ſimilis eſſe folijs Sibyllæ. Nec ludant homines audaces præſtigijs allegoriarũ, aut fingendis monſtroſis interpretationibus: vt fecerunt omnes furiæ, quæ doctrinam propriam Eccleſiæ in peregrinas opiniones transformauerunt. Rectè autem dictum eſt ab Epiphanio, cùm Origenis delitiæ in fingendis allegorijs nimis latè propagatæ eſſent:* τὰ θεῖα ῥήματα οὐ πάντα ἀλληγορίας δεῖται, ἀλλ' ὡς ἔχει, θεωρίας δὲ δεῖται καὶ αἰσθήσεως, εἰς τὸ εἰδέναι ἑκάστης ὑποθέσεως δύναμιν. *Manifeſtum eſt, in præceptis moralibus in articulis fidei, & in promiſſionibus reconciliationis & reſtitutionis æternæ ſalutis retineri oportere natiuas & certas ſententias. Sed cur inquit Epiphanius, ſenſu & ſpeculatione opus eſſe? Plana & veriſſima reſponſio eſt. Senſu agnoſcuntur ſingula vocabula, vt experientia oſtendit, quid ſignificent: vita, mors, timor, fides, dolor, læticia. Intuenda eſt experientia in legendo, quæ non mutat natiuas ſententias, ſed eas illuſtrat. Speculationem verò nominat dialecticum ordinem membrorum, definitiones, diſtinctiones, iudicium de conſequentijs, ſeu connexionibus in argumentis. Hæc non mutant natiuam ſermonis ſignificationem, ſed ordinant doctrinæ partes, velut in ædificio. Hæ commonefactiones olim in Catecheſi proponebantur. Et ſemper optaui, vt re deliberata, in Synodo pia & erudita omnium noſtrarum Eccleſiarum in Germania & alibi Catecheſis conſcriberetur,*

quæ

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-161610-p0010-1

quæ vnica iiſdem ſyllabis in omnibus inſtauratis Eccleſijs legeretur: & ad fontes, id eſt, ad Propheticos & Apoſtolicos libros, quaſi viæ monſtratix eſſet. Ego ante annos triginta adhibitus ad Eccleſiarum inſpectionem, vt euoluerem quæſtiones aliquot, ex magna caligine & confuſione, collegi præcipua membra doctrinæ Chriſtianæ, pio ſtudio, & ſine φιλονικεία. Et ſemper me & meos labores omnes Eccleſiarum noſtrarum iudicio ſubieci, meq́ & omnia ſcripta mea adhuc piorum & eruditorum ſententijs ſubijcio, quos ſcio veritatem & candorem in iudicando adhibere, & maximè cupidos eſſe concordiæ publicæ, ac velle Eccleſias omnes vnum eſſe in Deo: & coniunctis votis omnes, ſine diſſenſionibus, ſine odijs, & ſine dubitatione inuocare verum Deum. Scio in hac confuſione generis humani veram Eccleſiam ſemper habuiſſe, habere, & habituram eſſe varios hoſtes, alios palam atheos ſeu cyclopicos, alios hypocritas, qui cum ſimulent pietatem, tamen vt ſuas opes & potentiam tueantur, idola & errores ſtabiliunt, quorum deprehendi ſimulatio conſideratis doctrinæ fontibus poteſt. Horum præſtigiatorum cenſuris & maledictis oppono illas conſolationes: Maledicent illi, & tu benedices. Item: Beati eritis cùm probra dixerint aduerſus vos, & tamen mentientur. Oppono etiam recta iudicia piorum, qui noſtros labores probant, vt hæ ipſæ tabulæ oſtendunt. Oro autem filium Dei Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, crucifixum pro nobis & reſuſcitatum, verè colligentem æter-

*nam Eccleſiam voce Euangelij, vt nos gubernet, & efficiat vt omnes docentes in Eccleſijs noſtris vnum ſint in ipſo. Datæ Calend. Januarij, Anno 1560, anno ætatis meæ Climacterico 63.*

## *IN PRIMVM TOMVM ſuorum operum, 1560. b 1.*

*MVlti ſenes, ſapientia & virtute præſtantes, & publicæ concordiæ ac pacis amantiſsimi, initio ante annos quadraginta doctrinam Lutheri non aliam ob cauſam, niſi quia veram eſſe iudicabant, & ſtatuebant non contradicendum eſſe agnitæ veritati: amplexi ſunt. Cumq́; fuiſſet πρώτη σύῤῥαξις certaminũ de doctrina de pœnitentia, de qua antea fuerant denſiſsimæ & impiæ tenebræ, quanta lætitia primam ſcintillam lucis patefactam à Luthero ſtatim in tota Germania homines non Epicurei aſpiciebant? Multi pij luctati cum aſsidua dubitatione, gaudebant ſe in illis fluctibus tanquam in naufragio tabulam apprehendiſſe, in qua emergerent. Fuit & gratiſsima admonitio bonis mentibus de diſcrimine inuocationis Dei & horribilium idolorum, & de diſcrimine operum diuinitus mandatorum, & aliorum quæ non ſunt mandata diuinitus. Fuit & neceſſaria σεισάχθεια ſeu leuatio eorum onerum, quæ ſine impietate ſuſtineri non poterant, vt impuri cœlibatus, ſatisfactionum, vaniſsimæ enumerationis delictorum. An non verè de funebribus*

*ſacri-*

ſacrificijs dici poteſt? quod Eſaias queritur, omnes aras plenas fuiſſe vomitus. Deniq; manifeſtiſſima impudentia eſt, contendere nihil errorum fuiſſe & eſſe in Monachorum doctrina & Pontificijs ritibus, vt nunc audaciſſimè contendunt Rhetores conducti Pontificia pecunia, Staphilus, Vuicelius, Caniſius, & multi alij, qui vociferantur ſeditionem aduerſus Eccleſiam motam eſſe, & ſophiſmatum præſtigijs idola & errores tuentur, & reges incitant ad barbaricam ſæuitiam. Aduerſus horum ſophiſticam & rabiem, conſolatio tenenda eſt firmiſſima, vox filij Dei, qui ait blaſphemiam non remitti. Nec dubium eſt blaſphemos eſſe illos, qui ſcientes manifeſtæ veritati bellum inferunt. Ac diſcernit filius Dei Eccleſiam ab hoſtibus, cùm inquit: Oues meæ vocem meam audiunt. De hoſtibus verò inquit, vos ex patre diabolo eſtis. Hæc diſcrimina ſapienter conſideremus, & quæramus, quæ & vbi ſit vera Eccleſia filij Dei, noſq; in eam includamus, nec decipiamur aduerſariorum clamoribus, qui titulum Eccleſiæ ſibi arrogant, & hac honorifica appellatione, idola, tetros errores, & magna ſcelera defendunt.

Ne ipſe quidem Carolus Imperator initio ſine Synodi iudicio, & ſine cognitione, delere doctrinam Lutheri & Eccleſias noſtras voluit, cùm quidem multi eſſent incitatores ad illa Herodiana conſilia: ſed cùm videret multos manifeſtos abuſus, vt leni vocabulo tetros Idolorum cultus nominant, iuſtè taxari, & emendationem expeteret, diu & conſtanter poſtulauit indici Synodum.

 Hæc

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-161610-p0013-8

Hæc cùm eius voluntas eſſet, rediens in Germaniam anno 1530, Principes Auguſtã vocauit. Ibiq́; confeßionẽ doctrinæ iußit exhiberi. Quod eò narrandum eſt, quia neceſſe eſt poſteritatem ſcire, confeßionem noſtram, nec priuato conſilio ſcriptã eſſe, nec obtruſam Carolo non poſcenti. Sed aut aliqua confeßio exhibenda fuit, aut dißimulatione oſtendenda deſertio eius doctrinæ, quæ iam recepta erat, vt & fuerunt tunc aliqui, qui confeßionis pericula vitare maluerunt. Alij verò Principes & gubernatores, quorum nomina aſſcripta ſunt confeßioni, vt oſtenderent ſe non curioſitate, non iniuſta vlla cupiditate, ſed propter gloriam Dei, & ſuam & multorum ſalutem, amplexos eſſe puriorem doctrinam, cenſuerunt exhibendã eſſe confeßionem. Vrgebant etiam noſtros maledici libri, qui ipſo Conuentus tempore ab aduerſarijs ſpargebantur, vt Caroli animus exaſperaretur, in quibus multa falſa crimina noſtris obijciebantur, nec diſcernebantur Eccleſiæ noſtræ à colluuie Anabaptiſtica & alijs erroribus, qui paßim, vt fit motis rebus, fanaticos furores circumferebant. Aduerſus has pernicioſas criminationes neceſſe fuit opponere refutationem.

Vtinam verò multò antè inter ſeniores re grauiter deliberata, fuiſſet ad hanc Epitaſin præparata confeßio. Nec nihil erat periculi tunc, aut eligere materias aut electas explicare. Erat qui, vt minus horridè videremur dicere, hominem fide iuſtificari, ſcribebat idem à Platone & à Cicerone dictum eſſe, citans notos verſiculos:

los : Si Deus eſt animus, nobis vt carmina dicunt : Hic tibi præcipuè pura ſit mente colendus. Et Platonis illud in Epinomide : Δεῖ τιμᾶν θεὸν οὐ χρήμασι τεχνάζοντας, ἀλλὰ ἀληθείᾳ τιμῶντας ἀρετήν. Nec deerant applauſores, qui non intelligebant diſcrimina doctrinarum legis, philoſophiæ & Euangelij, quod cùm inquit homines iuſtos eſſe fide, ait eos fiducia miſericordiæ propter filium Dei promiſſæ Deo placere : non illud agit, homines interioribus virtutibus legi ſatisfacere. Ac poſſem alias rixas multas recitare.

Congeſsi igitur ſimplici ſtudio capita confeßionis quæ extat, complexus pene ſummam doctrinæ Eccleſiarum noſtrarum, & vt Imperatori reſponderetur, & vt falſa crimina depellerentur. Ac nihil mihi ſumſi. Præſentibus Principibus & alijs gubernatoribus & Concionatoribus diſputatum eſt ordine de ſingulis ſententijs. Miſſa eſt deinde & Luthero tota forma confeßionis, qui Principibus ſcripſit, ſe hanc confeßionem & legiſſe & probare. Hæc ita acta eſſe, Principes & alij honeſti & docti viri adhuc ſuperſtites meminerunt. Poſtea coram Imperatore Carolo in magna frequentia Principum lecta eſt hæc confeßio, quod ipſum oſtendit, non eſſe obtruſam Cæſari non poſcenti.

Scripſi deinde tempore Tridentinæ Synodi Repetitionem eiuſdem confeßionis, ad quam iudicandam adhibiti ſunt multi alij, quorum aſſcripta ſunt nomina. Quorum teſtimonia iuſtè oppono iniquis cenſoribus, qui poſtea eam reprehenderunt. Vſitatum eſt malum quod

Nazianzenus deplorat, ſumtis à Demoſthene his verbis: ἐπιτιμᾶν ἐςὶ παντὸς, ἐπανορθοῦν δ' οὐ παντός. Juſtius autem erat in rebus tantis, & publicè cauſſæ ſeruientem amanter monere & iuuare, vt aliqui mei Collegæ, & fecerunt & faciunt, quàm excerpere truncata membra, & ea arte deprauare, & in ſuo theatro reprehendere, vt odia & diſsidia incendant, vt inimici mei faciunt, quorum aliqui aſtutè Arceſilæ more tantùm aliena labefactare ſtudent, ſuam ſententiam de maximis rebus occultant, quod gnauiter facit Stancarus Judaizans.

Non diſsimulari poteſt, motis rebus magnam varietatem opinionum exortam eſſe. Et concedit ἀναρχία, licentiam malis ingenijs fingendi monſtroſa dogmata. Tali tempore quàm difficilis res ſit, & eligere vtilia, & ea propriè & perſpicuè explicare, norunt prudentes. Verè autem hoc affirmo, cùm hanc ſcholaſticam ſarcinam Deus mihi impoſuerit, me nihil appetiuiſſe ſplendidius, ac pio ſtudio, vt in Catechiſmo fieri decet, propoſuiſſe matarias iuuentuti vtiles, & conatum eſſe, proprio genere ſermonis eas explicare, & vitare hyperbolas, ἀκυρολογίας & ambigua quæ diſſenſiones pariũt. Cumq́ ſciam, quanta ſit huius rei difficultas, ſemper optaui, vt pij & docti viri conuenirent, & rebus placidè deliberatis de vniuerſa doctrina, eaſdem ſententias & loquendi formas poſteritati traderent, & quantum fieri poſſet, ſemina diſsidiorum extirparent. Hanc rem curæ eſſe pijs Principibus oportuit. Bono conſilio tradidi definitionem viſibilis Eccleſiæ.

*cleſiæ, & rectè tradidi. Hîc plane in crabrones incidi, cùm neceſſe ſit fateri, eſſe viſibilem Eccleſiam, de qua filius Dei inquit: Dic Eccleſiæ, & de qua Paulus ait: Sumus ſpectaculum toti mundo, angelis & hominibus. Quale ſpectaculum eſt, quod non cernitur? Quo ſpectat autem hæc portentoſa oratio, quæ negat eſſe vllam viſibilem Eccleſiam? delet enim omnia teſtimonia antiquitatis, abolet iudicia, facit* ἀναρχίαν *infinitam, & illam Cyclopum* πολιτείαν, *quam deſcribit Euripides, cùm interroganti quis ibi ſit gubernator, reſpondet Silenus:* Νόμαδες, ἀκούει δ' οὐδεὶς οὐδὲν οὐδενός. *Scio autem cùm in alijs omnibus quibus labores honeſti mandati ſunt, tum verò præcipuè in docentibus rectæ voluntatis conſcientiã & mediocrem diligentiam eſſe oportere: ſicut Paulus inquit, hoc requiritur vt fideles ſimus. Deinde oportere eos aliquorum piorum & rectè iudicantium teſtimonia habere, nec defugere legitima iudicia.*

*Studium autem rectè docendi & piam voluntatem me habere affirmo, & ſpero meos labores & ſententias multis pijs & doctis probari: & ſemper meipſum, measq; ſententias & actiones omnes ſubieci, & adhuc ſubijcio iudicijs omnium piorũ & eruditorum, quos tamen oro, vt in iudicando candorem adhibeant, conuenientem ſapientibus viris. Scio enim me non eſſe* ἀναμάρτητον. *Et ſicubi deſideratur explicatio, me ad eam offero.*

*Cumq; recens meum ſcriptum de Bauarica inquiſitione de multis controuerſijs huius temporis perſpicuè meas*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-161610-p0017-0

ſententias oſtendat, volo id prioribus ſcriptis adiungi. Staphylus & Stancarus, eorumq́ ſocij, meras calumnias conſuunt, & vt dicitur, actum agentes ſicut anus, ſaltantes ſtrepitum & puluerem excitant. Flacij συναγωγὴ & cohors Galli tanquam de neceſſarijs rebus certantes, non deſinunt calumnias texere, & quicquid poſſunt carpere ex meis ſcriptis, id exagitant peruertentes aut calumniantes, de quibus non ſum male meritus. Sed cùm ſtatuerint illi aduerſum me facere, & ſtruere omnia, nihil poſthac etiam debeo expectare aliud, quàm tentaturos eos et aggreſſuros eſſe, quicquid putauerint nomini meo ignominiam afferre poſſe. Quorum tamen rixæ quid ſibi velint, & quò euaſuræ ſint non video, neq; vllos alios ignaros conſilij ipſorum videre exiſtimo. Notum eſt autem, Eccleſiæ militiam omnibus temporibus in hac mortali vita ærumnoſam eſſe, & multos eſſe rectè docentium hoſtes, ac varios eſſe hoſtium exercitus, omnes atheos & hypocritas faſcinatos. Hæc communis Eccleſiæ calamitas, cùm me quoq; ſatis duriter exerceat, non fiat iudicium de doctrina, ex meis miſerijs, & inimicorum multitudine. Oſtendit enim vitæ confuſio, nimis verum eſſe quod dicitur ὄχλος σὺν ἀμαθίᾳ δεινὸν κακόν.

Oro autem filium Dei Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM, ſedentem ad dexteram æterni Patris, ac dona largientem hominibus, vt ſemper in his regionibus colligat æternam Eccleſiam, & me clementer gubernet, & vt quàm plurimi vnum ſimus in Deo. Sæpe etiam

de ſæ-

de ſæuitia inimicorũ cogitans, illud Tertulliani mihi & alijs recito: Si apud Deum depoſueris iniuriam, ipſe vltor eſt: ſi damnum, reſtitutor eſt: ſi dolorem, medicus eſt: ſi mortem, reſuſcitator eſt. Hoc dictum congruere cum diuinis conſolationibus pij norunt, quas in ſuis quiſq; ærumnis cogitat. Bene vale Lector, Anno 1560, die 16 Februarij, quo die annum 64 ingrediebar, qui vt ſit mihi fauſtus & felix, faciat filius Dei.

# II. CAPVT.

## TESTIMONIA PRÆCIPUORUM aliquot Doctorum.

### D. MART. LVTH.

*Ad Vualdenſes Anno 1523. Tom. Jen. 2. German. folio 220. b. editione ſecunda.*

WAS vnſer Glaube ſey / müget jhr aus dem Büchlein Philippi Melanthonis erkennen / Darinnen alle Gründe vnd Heuptſtück vnſers Glaubens / in eine Summa gefaſſet ſind / mit grundt der Schrifft bewieſen.

*De ſeruo arbitrio ad Eraſmum Roterodamum, Anno Domini 1525. Menſe Decemb. Tomo Jhen: Latin: 3. fol. 160. b.*

SVperuacaneum videtur reſpondere iſtis argumentis tuis, antea à me quoq; toties confutatis, conculcatis verò & prorſus protritis per Philippi Melanthonis de Locis Theologicis inuictum libellum: meo iudicio non ſolum immortalitate, ſed Canone quoq; Eccleſiaſtico dignum.

## D. MART. LVTH.

### In præfatione Epiſtolæ ad Coloſſ: enarratæ à Philippo 1529. a. 4.

DA habt jhr abermal ein feines nützlichs Buch / meine lieben Freunde / Nemlich / S. Paulus Epiſtel zu den Coloſſern / mit M. Philippi Melanchthonis anweiſung vn̄ vnterricht / Darinnen gar fein kurtz vnd doch deutlichen vnd reichlich gefaſſet iſt / was eine Chriſtliche Lehre vnd leben ſey / Das wol diß Büchlein ein groß Buch / vnd widerumb diß Büchlein ein klein Büchlein heiſſen mag / Vnd ein jeder bey ſich im Buſen / als ſeinen Chriſtlichen Schatz teglichen zu vben / tragen kan. Jch habe zwar ſelbs ſolche M. Philippi Bücher lieber denn die meinen / Sehe auch lieber dieſelben / beyde im Lateiniſchen vnd Deutſchen auff dem Platz / denn die meinen. Jch bin dazu geboren / das ich mit den Rotten vnd Teuffeln muß kriegen / vnd zu Felde ligen / Darumb meiner Bücher viel ſtürmiſch vnd kriegiſch ſind. Jch muß die Klötze vnd Stemme außrotten / Dornen vnd Hecken weg hawen / Die Pfützen außfüllen / vn̄ bin der grobe Waldtrechter / der die Bahn brechen vnd zurichten muß. Aber *M. Philippus* fehret ſeuberlich vnd ſtille daher /

her/ Bawet vnd Pflantzet/ Seet vnd begeuſt mit luſt / nach dem Gott jhm hat gegeben ſeine Gaben reichlich.

*In præfatione primi Tomi operum ſuorum latinorum, Anno Domini 1545. 5 Martij.*

*NVnc Dei gratia extant methodici libri quàm plurimi, inter quos Loci communes Philippi excellunt, quibus Theologus & Epiſcopus pulchrè & abundè formari poteſt, ut ſit potens in ſermone doctrinæ pietatis.*

*Hoc præclarum & amplum teſtimonium Lutheri de Locis Theologicis Philippi Melanthonis allegatum eſt contra Oſiandrum à Sleidano lib. 22. initio anni 1551.*

*Ibidem.*

*Eodem anno iam M. Philippus Melanthon à Principe Friderico vocatus fuerat ad docendas literas græcas, haud dubiè, ut haberem ſocium in Theologia. Nam quid operatus ſit Dominus per hoc organum, non in literis tantùm, ſed in Theologia, ſatis teſtantur opera eius, etiamſi iraſcatur Sathan & omnes ſquamæ eius.*

*Idem.*

In den Tiſchreden.
Fol. 275.

WEr jetzt ein Theologus wil werden/ der hat groſſe Vortheil. Denn erſtlich hat er die Bibel/ die iſt nu ſo klar/ das er ſie kan leſen ohne alle hinderung/ Darnach leſe er darzu Locos Communes Philippi/ die leſe er fleiſſig vnd wol/ alſo/ das er ſie gar im Kopffe habe. Wenn er die zwey ſtücke hat/ ſo iſt er ein Theologus/ dem weder der Teuffel/ noch kein Ketzer etwas abbrechen kan/ Vnd jm ſtehet die gantze Theologia offen/ das er alles was er wil/ darnach leſen kan ad ædificationem. Vnd wenn er wil/ ſo mag er auch darzu leſen Philippi Melanthonis commentarium in Epiſtolam Pauli ad Romanos. Lieſet er als denn darzu mein Commentarium in Epiſtolam ad Galatas vnd in Deuteronomium/ ſo gebe ich jm denn eloquentiam & copiam verborum.

Jhr findet kein Buch vnter allen Büchern/ da die ſumma Religionis/ oder die gantze Theologia ſo fein bey einander iſt/ als in den Locis communibus. Leſet alle Patres vnd Sententiarios/ ſo iſt es doch alles nichts dargegen. Non eſt melior liber poſt ſcripturam ſanctam, quàm ipſius Loci communes.

Philippus iſt enger geſpannen denn ich/ Ille pugnat & docet. Jch bin mehr ein Rhetoricus oder ein Weſcher. Wenn die Drücker mir folgen wolten/ ſo müſten ſie mir die Bücher drucken/ die da Doctrinam haben/ Als ad Galatas, in Deuteronomium. Item/ die Predigten vber die 4. Capitel des Euangeliſten Johannis. Die andern meine Bücher möchte man leſen pro cognoſcenda hiſtoria reuelati Euangelij/ das man ſehe/ wie die Lehre iſt erſtlich angangen/ Denn es nicht ſo leicht geweſen/ als jetzunder.

## *Idem in colloquijs.*

Qui Philippum non agnoſcit Præceptorem/ der muß ein rechter Eſel vnd Bachant ſein/ den der dünckel gebiſſen

ſen hat. Quicquid ſcimus in artibus, & in vera Philoſophia, illud debemus Philippo. Er iſt wol ein ſchlechter Magiſter / iſt aber auch wol ein Doctor vber alle Doctores. Es iſt auff Erden keiner den die Sonne beſcheinet/ der ſolche dona hette/als Philippus. Darumb laſſet vns den Man groß achten/Wer jhn veracht/der muß ein verachter Menſch für Gott ſein.

Es iſt kein beſſer Buch poſt ſcripta Apoſtolorum geſchrieben worden / als die Loci communes Theologici Philippi Melanthonis/ vnd das ſol man in Eccleſia behalten. In hoc libro Philippus docet, pugnat & triumphat. Wenn man gleich alle Patres zu hauffen ſchmeltzte / ſo würden doch nicht Loci communes daraus/wie die ſeind.

## *Ex Iohannis Mattheſij concione duodecima de vita Lutheri. Fol. 144.*

DOctor Georgius Maior damals Rector, beſuchte den Herrn(Lutherum)nach Eſſens/vnd laß dieſe zeit priuatim auff rath des Doctors S. Auguſtini Bücher durchaus. Domine Rector ſeid jr ſchier nauß/ſpricht er/mit ewrem Auguſtino? Nu leſet jmer fort/Alte Prediger/ſo mit den Papiſten zu handeln habẽ/ müſſen die alten Lehrer vnd Patres auch leſen vnd wiſſen. Darauff wandte er ſich zu vns/ Leſet jhr/ſagt er/ Locos communes Philippi neben der Biblia/ das iſt das ſchönſte Buch/darinnen die reine Theologia richtig vñ ordentlich zuſamen bracht iſt. Vnſer M. Philippus kan die Schrifft erkleren/ vnd den Sachen nachdencken/vnd fein kurtz faſſen/ So hat er im Creutz vnd anfechtung Beten gelernet / Vnd ſich mit den gröſten vnd gelehrtiſten Widerſachern beſprochen/ Vnd es iſt jm ernſt mit ſeiner Theologia. Darumb jhr jungen Geſellen / leſet ſeine Locos vnd ad Romanos mit

fleiß. Wil jemandt mein Deuteronomium vnd ad Galatas darzu brauchen / der wird ſeine Predigte beſſer vnd reichlicher außſtreichen können.

## Ex actis Altenburgicis. Fol. 319. b.

ES iſt vielen redlichen Leuten bewuſt / Das D. Luther / die zum letztẽ mal verbeſſerte Locos / ſo thewer vnd werd gehalten hat / das er ſie allen andern Schrifften / welche nach der Apoſtel zeiten geſchrieben ſind / weit fürgezogen hat / Auch dieſelben als ein Manual vnd Handtbüchlein / bey ſich allezeit getragen / vnd auffs fleiſſigiſte geleſen vnd erwogen hat / Auch die Jugendt vnd andere vermahnet / das ſie dieſelben offte vnd fleiſſig leſen wolten. Hat auch gar offte geſagt / Er hoffe / das das durch dieſes Buch die Chriſtliche Lehre rein vnd vnuorfelſcht biß auff den Jüngſten tag / durch Gottes hülffe vnd gnade / erhalten werden ſolte.

## Tomo V. Intimationum Vuitebergenſium L 7. b.

*Hic liber eſt, ut veteris Theologi verbis utamur, θείων λογίων φιλοπονία καὶ τὸ ἂν αὐτοῖς φῶς εὑρισκόμενον σὺν ὁδηγίᾳ τοῦ πνεύματος: Nam verè comprehenduntur in hoc ea, quæ pij hominis ſtudium in lectione ſacræ ſcripturæ ductu ſancti Spiritus & inuenit & inuenire poteſt, eſtq́; quaſi lumen quoddam de hac ita refulgens, ut rectiſſimè illo vtamur ad introductionem in libros Propheticos & Apoſtolicos, atq; in præcipuis capitibus religionis noſtræ ſic inſtituamur, ut ſit πίστις ὑγιής, & compleamur ſcientia ſanctorum.*

MAT-

## *MATTHIAS FLACIVS ILLYricus in Apologia ad Scholam Vuitebergenſem miſſa, Anno 1549. 23 Julij. k 5.*

*OCtennio fui Vuitebergæ, quo tempore nec voluptatibus, nec opibus, nec honoribus conſequendis vacaui. Incubui pro mediocritate ingenij mei ſacris literis, & ijs artibus, quas mihi ad intellectum ſacrarum literarum profuturas exiſtimaui. Doctrinam harum Eccleſiarum eſſe ipſiſſimum verbum Dei agnoui, eamq́ toto pectore amplexus ſum.*

*Ibidem lib. 8. b. Ratione iuramenti & officij teneor tueri patrimonium noſtræ Scholæ, nempe puritatem doctrinæ Chriſtianæ.*

*Ibidem 5. b. Iuuabo iſtam Scholam in tuendo ſuo patrimonio, nempe incorrupta religione Chriſti, quod & hactenus feci, vel potius Dominus Ieſus fecit.*

*Ibidem, In Epiſtola ad Philippum Melanthonem miſſa, Anno Domini 1549. 8 Iunij, fol. 5. b. Profectò ego non ſum tuus inimicus, ſed iſtarum feneſtrarum tantùm, multò verò minus odi, quæ tu eruditè, piè & vtiliter ſcripſiſti.*

*Locos communes tam nollem perire, quàm nollem meipſum miſerè perire. Atq; vtinam tibi liberet iam potius conſtanter confitendo, Antichriſtum damnando, tuis pulcerrimis ſcriptis & actionibus confirmationem & veluti ſigillum quoddam apponere.*

Illyri-

Jllyricus etiam, cùm primum veniſſet Magdeburgam, ſolitus eſt in publico lectorio templi Franciſcanorum librum Locorum Theologicorum exoſculari, & effuſis lacrymis iuuentuti commendare, ſæpe hoc repetens: Malle ſeipſum miſerè perire, quàm Locos communes Philippi aboleri: Viuunt adhuc oculati teſtes.

Poſtea verò, aliquam conſecutus autoritatem, ſatis declarauit, quàm ſincerè eum commendauerit, & quid verè de eo ſenſerit. Deformauit enim, multis tum alia Philippi, impudentiſsimis calumnijs, tum præcipuè Locos Theologicos, & rectè dicta contra conſcientiam ſceleratè deprauauit. Jenæ dixit librũ Locorũ communiũ Philippi eſſe Vocabularium, Jn quo & Ex quo nihil niſi ſtramen & vacua putamina colligi poſſent. Eandem calumniam etiam confirmauit publico & publicè euulgato teſtimonio. Ita .n. ſcribit initio anni 58, in Apologia ſua ad Chriſtianum Regem Daniæ, k 1: Da ich wolte ſchreiben wider Oſiandrum / beſahe ich hin vnd wider die Schrifften Philippi / vnd ſonderlich ſein fürnemeſtes Buch (Locos Communes) ob ich jergendt finden möchte / die Euangeliſche Gerechtigkeit des Glaubens / eigentlich beſchrieben / erkleret / vnd gründtlich erwieſen. Aber es geſchach mir / wie man ſagt / vom LIBRO Ex quo. Jedoch ſo fandt ich darinn eine rechte Oſiandriſche definition.

Hinc iudicari poteſt, quomodo traditus fuerit in ſenſum reprobrum, & quomodo contra conſcientiam depra-

uare

uare conatus fuerit omnia, quæ antea publicis ſcriptis commendauerat. Deinde certum eſt, Oſiandrum nullum ſcriptum maiori virulentia deteſtatum eſſe, quàm eos ipſos Locos communes, quòd animaduerteret furores ſuos diſertè & ſatis ſuperq́; inde refutari poſſe.

Sic de odio Oſiandri contra Philippum teſtatur Sleidanus lib. 22. initio anni 1551. vbi & Lutheri teſtimonium de Locis Philippi allegatur.

## D. TILEMANNVS HESHVSIVS Vueſalienſis, Anno Domini 1553. Tomo 2. Intimationum Vuiteber. b 4.

VT me & alios exerceam, pertexam inchoatam enarrationem Locorum Theologicorum, qui hoc conſilio ſcripti ſunt, vt ſummam doctrinæ, quæ eſt Eccleſiæ propria, ordine & perſpicuè recitent, & ſint velut tituli, qui materias indicant, quas continent libri Prophetici & Apoſtolici, vt fieri ſolet in prima κατηχήσει. Iudicamus autem in hoc libro conſenſum harum Eccleſiarum recitari, quem etſi horribili ſpecie Baltica Gorgon (Oſiander) labefactare conatur, tamen vincet veritas.

### Idem in Oratione, quam Vuitebergæ recitauit, de ſtudio theologico formando.

Verè nobis de noſtræ ætatis felicitate & admirandæ luce doctrinæ gratulari poſſumus. Eſt enim in omnium manibus erudítiſsima Methodus totius doctrinæ Chriſti, ſcripta à Philippo Melanthone, in qua ſinguli articuli purè, ſine omnibus corruptelis, ſumma verborum PROPRIETATE & perſpicuitate expoſiti ſunt, partium ſeries prudentiſsimè monſtrata eſt. Teſtimonia euidentia ſummo conſilio & diligentia coaceruata. Nullæ ocioſæ ſpeculationes admixtæ ſunt, ſed omnia referta ſunt ſalutari doctrina. Ac verè de hoc ſcripto teſtari poſſumus, cùm Philippus in alijs commentarijs omnes omniū temporum Eccleſiaſticos ſcriptores longe vicerit, (excipe tamen Prophetas & Apoſtolos, vt Spiritus ſancti ſingularis & indubitata autoritas ſacroſancta maneat) in hoc ſcripto ſeipſum vicit. Atq; ideò inter OMNIA ſcripta HVMANA, iudico eſſe vtilius hac Methodo Philippi vti, cùm ad intelligendum Prophetarum & Apoſtolorum ſcripta, tum ad plenam PERFECTIONEM doctrinæ Chriſti, & ad certam dijudicationem controuerſiarum, de agnitione Dei, & hominum redemtione. Quamobrem hoc perpetuò ſtatuat Theologiæ ſtudioſus, ſumma aſſiduitate, maximo ſtudio, & ſingulari attentione hunc librum legendum, & ſubinde recognoſcendum eſſe. Cæteros verò ſcriptores legendos cenſeo, vbi iudicium de dogmatibus fuerit confirmatum, vt ad eorum lectionem non modò diſcendi voluntatem, ſed etiam cenſuræ NORMAM, & iudicandi facultatem afferamus. Hæc ille.

D. IO-

## D. JOACHIMI MORLINI in der vnterredung mit dem Ehrwirdigen miniſterio zu Braunſchweig im Octobri Anno 1567. gehalten/wider Flacij newerung.

Zum ſiebenden. *Circumferuntur chartæ quædam ab Jllyrico conſcriptæ, in quibus multa in Locis communibus taxantur & damnantur.* Vnd ſeind des mehrer theil gezwungene vñ zugenötigte *calumniæ* vñ *cauillationes*/ Auff welche weiſe man alles verkehren köndte.

## D. MARTINVS CHEMNITIVS Bricenſis, Anno 1554. in prælectionem Locorum communium, in 2 Tomo Jntimationum Vuitebergenſium folio 100.

*Vtilis eſt lectio Locorum. Nec in locis alia doctrina eſt, quàm quæ tradita eſt in ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis, & Symbolis. Monſtratur ibi & diſtinctio membrorum, quæ ſunt in libris Propheticis, vbi lex recitetur, vbi promiſsiones propoſitæ ſint. Ac quod ſit diſcrimen promiſsionis æternæ & temporalium. Jtem Euangelij & politicæ ſapientiæ, deniq; membra ibi quaſi euoluuntur. Jdeò decreui librum illum publicè prælegere, &c.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-161610-p0029-0

In der Erklerung vnd Bekendtnuß des *miniſterij* / an den Rath der Stadt Braunſchweig / etc. werden die *Loci communes* genandt / das Buch / daraus die Jugendt *methodum doctrinæ cœleſtis* lernen vnd nemen ſol.

*In Oratione, quam publicè recitauit initio prælectionis Locorum Theologicorum Philippi, Vuitebergæ, an: 1554. die 4. Maij.*

*Tãdem Deus miſertus ſqualidiſsimi ſtatus Eccleſiæ ſuæ, paterna miſericordia per R. virũ piæ memoriæ D. Martinum Lutherum cœpit doctrinam Eccleſiæ repurgare, ad fontes ſcripturæ reuocare, & ad regulam fidei Propheticæ & Apoſtolicæ: & militauit ille quidem ſicut fortis athleta Chriſti, bonam militiam, & reuera militiam, vtpote, cui quotidie in acie ſtandum fuit, conſerendæ manus, & cum tot aduerſariorum monſtris dimicandum. Sicut autem inter armorum ſtrepitus non poteſt conſtitui Reip. forma: Ita etiam diuinus ille vir, non tantum habuit ocij à propulſando impetu incurſionis hoſtilis, vt partes doctrinæ diſiectas in vnũ corpus redigeret omnibus partibus abſolutum. Filius Dei verò, qui ab initio ſuæ doctrinæ ſemper dedit tales doctores, qui erudita pietate partes doctrinæ in formam redigerent, & in certam ſummam, ſtylo hominis, proprijs & perſpicuis verbis contraherent, vt & in hac mundi ſenecta eſſet aliqua Eccleſia,*

*Spiri-*

Spiritu ſancto excitauit R. D. Pr. Philippum Melanth. qui doctrinam à Luthero in varijs libris tractatam, in vnum quaſi conſentaneum corpus coagmentaret. Non iam dicam, quanti hoc fuerit laboris, quantæ difficultatis, quantæ dexteritatis: neq; hoc dicam, quàm neceſſarium ſit hoc ſcriptum, cùm quidem multæ hiſtoriæ poſſent adduci, quàm diſsimiles fuerint clamores inter initia ante editum hoc ſcriptum. Sufficiat hoc quod Lutherus nominatim hoc ſcriptum teſtimonio ſuo approbauit, & eius lectionem præ alijs diligenter commendauit. Verba ipſius Lutheri, ſi quis ſcire deſiderat, habentur in præfatione 1. Tomo. Et multi meminerunt priuatos eius ſermones, in quibus ſæpè affirmauit, plus doctrinæ in vnum iſtum librum congeſtum eſſe, quàm in vllo libro, inde vſq; à tempore Apoſtolorum ſcripto, contineatur. Et verum eſt. In nullo enim inter omnes Patres inuenitur integrũ corpus doctrinæ Eccleſiæ, vix vnam Symboli tractant materiam. Et ipſe Auguſtinus, qui tamen ratione temporis coactus eſt de pluribus articulis ſcribere, & diſputare, materias habet paucas. Adde, quòd ipſi etiam aduerſarij luculentum teſtimonium perhibent huic libro. Qui enim inter illos eruditiores ſunt, vident ſtatum, quem ipſi defendunt fundamentaliter hoc libro labefactari, plus quàm alijs etiam acerbioribus & prolixioribus ſcriptis, neq; hoc diſsimulant. Memini etiam Oſiandrum nulli ſcripto tam virulenter fuiſſe infeſtum atq; huic, videbat enim, quàm diu liber ille verſaretur in manibus homi-

 num,

*num, ſe id quod volebat obtinere non poſſe. Hæc ideò recitaui, vt diſcamus amare & ſtudeamus tueri illam ſimplicem proprietatem fideliter in hoc ſcripto expoſitam. Decet igitur nos in Eccleſia gratos amplecti hos ſanctos & neceſſarios D. Philippi Melanthonis labores, & operam dare, vt & ipſi intra has metas nos contineamus. Nec ludamus monſtris verborum, vt quidam contendit, peccatum veniale vocandum quotidianum peccatum, Mortale vocandum, peccatum in Spiritum ſanctum, &c.*

## *JOHANNES STIGELIVS.*

Pinguis vt aërij de vertice lapſa Sionis
Irrigat humentes copia roris agros:
Altus vt egrediens ſtagnantia littora Nili,
Fœtificat largo rura propinqua ſinu:
Sic hoc ſparſa libro veræ doctrina ſalutis
Æternis implet pectora ſancta bonis.
Explicat inuicti quòd ſint oracula CHRISTI,
Nullum hoc in terris ſanctius extat opus.

## *D. CONRADVS PISTORIVS Brunſuicenſis, de repetitione Locorum Theologicorum, in tomo Jntimationum Vuitebergenſium, anno 1555. fol. 145.*

*NVnc multis in manibus eſt liber Locorum Theologicorum, editus à Philippo Melanthone ante aliquot*

*quot annos, cui tamen nunc addit enarrationem Symboli Niceni, in qua ſunt materiæ quædam magis dilucidè enarratæ. Decreui igitur iſtum librum locorum Theologicorum publicè repetere, neq; hoc agam, vt argutis diſputationibus res ſimpliciter traditas inuoluam, ſed vt plane incorruptã veritatem, quæ in Eccleſijs noſtris Dei beneficio lucet, exponam.*

## *M. MARTINVS SIDEMANnus, anno 1556. die Viſitationis Mariæ, in prælectione Locorum communium. Ibidem folio 201.*

Aurea nunc Methodus magno contexta Philippi
Ingenio, gracili continet iſta typo.
Inq; locos redigit ſummas diſcentibus aptos,
Ceu graue pictori linea monſtrat opus.
Non liquor Hyblæus ſic delectare palatum,
Vt liber hic animos erudijſſe poteſt.

## *CAMERARIVS IN PRÆFATIOne præfixa libro Epiſtolarum Dn. Philippi Melanth. ad ſe ſciptarum.*

*REligionis & pietatis doctrinam ille in diſsimilitudine tractatuum & diſputationum varietate diſsipatam minusq; cohærentem collegit, & coagmentatam vnius quaſi CORPORIS compage deuinxit: Neq; ſuperua-*

*peruacanea admiſcens, neq; omittens non modo neceſſaria, ſed quicquam etiam eorum, quibus additis opus eſſet ad cognitionem fructuoſam & explicationem fidelem, ſecundum ſanctæ Eccleſiæ Chriſti Catholicæ atq; orthodoxæ conſenſum. Hæc ipſius diligentia & elaboratio, doctrinam religionis ac pietatis nunc quoq; fulcit, & impedimento eſt multorum conatibus turbulentis, qui rurſum illam diſtrahendo & confundendo, & commenta ſua ingerendo, per diſsidia ad vulgus autoritatem & magiſterium ſibi quærunt. Nam ſecundum veteris græci verſus ſententiam, Seditione facta, improbiſsimis quoq; atq; deterrimis honos habetur.*

J. C.

Scripta Dei æterni certam teſtantia mentem,
Cœleſtis & vox veritatis vnica.
Hoc illuſtrantur paruo repetita libello,
Salutis & vitæ viam monſtrantia.

## *EVRICIVS CORDVS.*

Communes ſapidi locos Philippi
Æterni madidos cedri liquore
Summa, quàm potes, eleganter arte
Mox compinge, poliq; leuigaq;
Et picta tege pelle, ſericiſq;
Auratum mihi ligulis adorna
Monſtranti inſuper affabre Minerua

Albis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-161610-p0034-4

Albis ſtipa oneraq́ margaritis.
Nam quales liber hic opes recondit,
Tali debet & eminere cultu.

## D. SIMON PAULI SUERINENſis Tomo 3. Intimationum Vuitebergenſium fol. 186.

PIO & bono conſilio conſcripſit D. Præceptor Philippus Examen Ordinandorum, ut eruditam & methodicam explicationem præcipuorum doctrinæ Chriſtianæ locorum & docentes & diſcentes haberent. Eſt autem hic liber breuis & erudita ἐπιτομὴ Locorum communium, de quibus viri Reuerendi piæ & laudatiſſimæ memoriæ D. Martini Lutheri, Germaniæ Eliæ, graue & honorificum teſtimonium extat: Hunc librum ſemper in Eccleſia retinendum eſſe, propterea quòd doceat, pugnet, atq; triumphet. Quamobrem quod de Locis communibus Lutherus dixit, idem de hoc libro affirmare poſſumus. Ideoq́ quantum fieri poteſt, opera danda eſt, ut familiariſſimè cognitum & perſpectum eum nobis faciamus. Etſi enim non omnes ex profeſſo Theologi futuri ſumus: tamen cùm vnumquenq; fundamentum ſuæ ſalutis ſcire oporteat, neceſſe eſt, ut ſcripta, quæ ſummam doctrinæ Chriſtianæ proponunt, ſtudioſè legamus, & familiariter nota nobis reddamus. Diſcebant olim Socratici, Platonici, & alij, ſuæ ſectæ inſtituta: Quan-

 tò ma-

tò magis decet nos, qui Chriſtianorum nomen à Chriſto accepimus, noſcere doctrinæ Chriſtianæ ſummam, Quæ cùm melius diſci non poßit, quàm ex hoc libro, omnes cãdidi, & ſine affectib. iudicantes in eo diſcendo plurimum ſibi temporis & operæ collocandũ eſſe intelligunt. Non. n. audiẽdi ſunt iſti crabrones, qui etſi ipſi nihil dignum piorum auribus, nihil dignum re, nihil dignum Theologi nomine edere atq; efficere poſſunt, tamen non ſolum in Theologia, ſed etiam in artibus ſcriptos à Philippo libros reijciunt, & iuuentuti non proponendos contendunt, quibus accidit iuxta Eueni Græci Poetæ verſus:

Πολλοῖς ἀντιλέγειν μὲν ἔθος περὶ παντὸς ὁμοίως·
ὀρθῶς δ᾽ ἀντιλέγειν οὐκ ἔτι τοῦτ᾽ ἐν ἔθει.
*Eſt multis pariter mos omnia dicere contra,*
*Sed non eſt ſimilis dicere recta labor.*

Nos verò memores vocis diuinæ: Non dicas falſum teſtimonium, reuerenter dona Dei in alijs agnoſcamus, & grata mente accipiamus, & præferamus iudicium Lutheri, qui vt diuinitus ad totius doctrinæ cœleſtis repurgationem excitatus eſt, & rectißimè doctrinam cœleſtem intellexit: ita optimè de aliorum ſcriptis iudicauit.

## D. NICOLAVS HEMMINGIVS DANVS, IN PRÆFATIONE ENCHIridij Theologici, folio 22.

HIS cognitis, tyrones Theologiæ, ad ſacroſanctum illud opus Philippi Melanthonis, viri optimè de Ec-

ecleſiæ

cleſia Chriſti meriti, legendum accedent inſtructiores. Nam hic vir θεοσεβέστατος καὶ φιλαληθέστατος, non ſolum tractandi ordine perſpicuus, & diſputando contra veræ religionis hoſtes ſincerus & acutus: verumetiam more Prophetico & Apoſtolico, ſubinde ex doctrinæ partibus extruit admonitiones, reprehenſiones, minas, conſolationes, vt hoc pacto lectori doctrinam accommodet. Ex quo accidit, vt ſacroſanctum illud opus excreuerit in iuſtum volumen, quod opus tum demum maximo & inæſtimabili fructu amantibus veræ religionis proponi poteſt, vbi primum capita ipſa religionis breuiter nudeq́ explicata imbiberint.

## Idem in Paſtore, de prima parte, Col. 12.

Etiamſi multa multorum ſcripta extant, quæ integrum doctrinæ corpus continent: tamen meo Paſtori inprimis commendatum volo Corpus doctrinæ à ſanctiſſimo viro Philippo Melanthone ſcriptum. In eo enim nihil eſt obſcuri, nihil ambigui, nihil falſi, ſed omnia clara & certa, extructa ex ipſis ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis. His adijciat Paſtor alios commentarios ab eodem viro ſcriptos, quos legat ſtudioſè. Nam in illis plus ſolidæ pietatis & eruditionis inueniet, quàm fortè in multorum veterum latinorum & græcorum ſcriptis. His ergo ſi contentus fuerit ſimplex Paſtor, qualem ego inſtruo,

*plus proficiet, quàm ſi plurimorum ſcriptorum veterum & recentiorum lectione ſe fatigaret.*

## D. IACOBVS HEERBRANDVS, THEOLOGIÆ DOCTOR ET PROFESSOR in Academia Tubingenſi, in Oratione funebri in obitum D. Philippi Melanthonis, Anno 60. 15 Mart. fol. 101. b.

*CVmq́ magnus ſit horum Locorum vſus, atq́ in omnium ferè manibus verſentur, non poſſum præterire, quin iudicium D. Doctoris Martini Lutheri de illis recitem. Spero enim non fore auditoribus ingratum. Adeò autem honorificè de illis ſenſit, vt dixerit: Non extare vllum aliud præſtantius poſt Apoſtolica ſcripta Locis D. Philippi, ideoq́ in Eccleſia & Scholis retinendum, quia in ea doceat, pugnet & triumphet, ac totum corpus doctrinæ cæleſtis complectatur, nec in omnibus Patrum ſcriptis tantum reperiri eruditionis Theologicæ, quantum in Locis hiſce contineatur. Etſi omnia illorum ſcripta conflarentur, non tamen inde locos Philippi prodituros.*

### *Ibidem. b 3.*

*His rebus motus, vir ille Dei Martinus Lutherus, non abſurdè mihi dixiſſe videtur, eum, qui Philippum Præceptorem ſuum non agnoſcat, ſtupidum & ſtolidum eſſe aſinum & beanum.*

LEGATI ILLVSTRIS. PRIN. IOHAN. MARCH. BRANDEB.

*In ſcripto, quo approbarunt Confeßionem Saxonicam, quòd conſentiat cum Auguſtana Confeßione, & Locis Communibus in ſecunda parte operum Philippi, fol. 145. b. Anno 51. 26 Iunij.*

AVS Befehl vnd Abfertigung des Durchleuchtigſten / Hochgebornen Fürſten vnd Herren / Herren Johanſen Marggraffen zu Brandenburgk / ꝛc. vnſers gnedigſten Fürſten vnd Herrn / ꝛc. Iſt ſolche Schrifft allenthalben von vns an Worten vnd ſententzen / nicht allein Chriſtlich / rein / recht / vnd vnſer Augſpurgiſchen *Confeßion* vnd *Locis communibus* gemeß / Sondern auch etwa klerer vnd mechtiger befunden / Das wir darob Gott gebürlich Lob vnd Danck geſagt / ꝛc.

ECCLESIÆ POMERANIÆ.

In der Kirchen Ordnung im Lande zu Pommern / auff Rath der Theologen vnd bewilligung der Landtſtende / von den Hertzogen in Pommern beſchloſſen / vnd *Anno* 1563. zu Wittemberg gedruckt in Folio.

Folio 1. werden die *Loci communes Philippi Melanthonis* neben den *Symbolis Apoſtolico, Niceno,* vnd *Athanaſiano, Aug. Confeß. Apol. Conf. Saxon. Catechiſmo & Confeßione Lutheri, anno 37 ſcripta ad Synodum, &c: mittenda*/ vor die Pommeriſche Kirchenordnung geſetzt/ Als in denen der rechte verſtandt des Göttlichen Worts begriffen ſey. *Idem reperitur fol. 3. b,*

## *Ibidem fol. 13.* von *Sinodis b.*

DEr *Superintendens* befehle den *Paſtoribus* das *ſtudium Theologicum,* Vnd das ſie vor allen dingen fleiſſig Beten vnd meditirn/ Teglich etliche Pſalmen fleiſſig leſen/ Die Biblia/ die Haußpoſtill/ Auch den groſſen *Catechiſmum Lutheri, Locos communes Philippi,* ſampt andern obermelten Chriſtlichen Schrifften.

*Item fol. 17.* das *Examen* in der Lehr ſol geſchehen aus dem *Examine Ordinandorum, Locis communibus,* Aus dem *Catechiſmo* vnd aus dem Text der heiligen Schrifft.

*Ibidem*/ Hiebey ſoll der *Ordinandus* erinnert werden/ was er fürnemlich für Bücher leſen ſol/ Als die Bibel/ die Poſtillen/ die Bücher *D. Lutheri,* vnd *Locos communes,* Auch andere oben ernandte *Lutheri* vnd *Philippi,* ſo wir zuſam̃en Drucken laſſen.

*Ibidem*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-161610-p0040-8

*Ibidem fol. 24. b.* Die Schůlmeiſter ſollen allein die *generales & nudas definitiones* aus den *Locis communibus* den Knaben lehren / vnd nicht die gantzen *Locos communes ad longum* repetirn / ꝛc.

## D. DAVID CHYTRÆVS.

*In Oratione in repetitionem Locorũ communium D. Philippi habita Vuitebergæ 1549.*

*IN locis Theologicis veræ ſententiæ de præcipuis articulis, quàm poſſunt propriiſsimè & maximè perſpicuè explicantur.*

*Idem in Oratione de ſtudio theologico rectè inchoando, excuſa Vuiteb. à Iohan: Cratone, an: 60.*

*Sũmam doctrinæ in locis Theologicis eruditiſsima Methodo & ſumma orationis perſpicuitate expoſitam, tantiſper legant & relegant (ſtudioſi Theologiæ) donec & ſententias veras de rebus ipſis, ſeu ſingulis fidei articulis, & genus orationis proprium & dilucidum aliquo modo ſibi familiare reddant. Meis certè ſtudijs has de textu Bibliorum & doctrinæ Chriſtianæ Methodo diligenter cognoſcenda admonitiones ſapientiſsimas, fateor magnæ vtilitatis fructum præbuiſſe. Itaq; & pro hac diſcendi ratione fideliſsimè monſtrata, & pro paterna fide, beneuolentia, & cæteris erga me innumerabilibus beneficijs, viciſsim me Reuerendo Præceptori noſtro Philippo omnia grati animi officia debere agnoſco. Eiq; omnia mea*

*ſtudia*

*ſtudia, & ſi quid eſt, quo aliorum ſtudijs prodeſſe poſſum, & pleraq; alia, quæ habeo in terris optima, ſemper grata mente & voce refero accepta. Cuius meæ voluntatis & perpetuæ erga D. Præceptorem obſeruantiæ & gratitudinis, vos etiam teſtes eſſe poteſtis, qui me aliquot annis, eruditiſſima D. Præceptoris ſcripta, locos inprimis Theologicos, & Examen, & Dialecticam, & Chronicon publicè prælegentem, addita etiam crebra & honorificentiſſima D. Præceptoris mentione, audiuiſtis. Quam in hoc loco eam ob cauſam repeto, quòd inter vos quoq; & paſſim alibi virulentos & falſiſſimos rumores ſpargi audio, & diſſeminari, quibus ea mihi tribuuntur, quæ nunquam in omni vita, ne quidem in ſomnis mihi in mentem venerunt. Certè qui proximus ex hac vrbe, voces illas de tollendo aut extinguendo Præceptore, ad alios detulit, & ſparſit, is ſceleratum & impudens figmentum ſparſit. Quòd ſi ex vniuerſa Germania vnus aliquis fide dignus, ſe voces illas ex me audiuiſſe vel ad alium à me ſcriptas legiſſe, fatebitur & probabit: mea ſponte atrociſſima quæq; cruciatuum genera me promeritum eſſe confiteor, & crudeliſſima etiam ſupplicia non recuſo. Sed* ἡ τῶν πολλῶν διαβολή τε καὶ φθόνος πολλούς τε καὶ ἄλλους καὶ ἀγατοὺς ἄνδρας ᾕρηκε, οἶμαι δὲ καὶ αἱρήσειν οὐδὲν δεδεινὸν μὴ ἐν ἐμοὶ στῇ. *Ego me teſtimonio conſcientiæ meæ, & fiducia auxilij diuini, & exemplis multorum piorum, qui per calumniam oppreſſi ſunt, ſuſtento. Et pro mea virili parte, fideliter illam, veræ de Deo doctrinæ per Lutherum & Philippum*

pum inſtauratæ, Methodon, quæ in Locis communibus ex verbo Dei extructa eſt, velut patrimonium Eccleſiæ & καλὴν παρακαταθήκην retinebo: Nec vllis me calumnijs frangi patiar, vt vel ab eo doctrinæ corpore, vel à pietate, & reuerentia Præceptori debita, diſcedam.

## Idem in Oratione de ſtudio Theologico rectè inchoando Roſtochiæ impreſſa in officina Iacobi Tranſyluani an: 1572. fol. 17.

NOſtra ætate, in qua Deus immenſa bonitate lucem veræ doctrinæ reſtituit, etſi multorum extant Methodi, Catechiſmi, Loci & ſimiles libri, ex quibus ſumma veræ doctrinæ mediocriter diſci poteſt: Tamen inter cæteros Solis inſtar enitent Loci Theologici & Examen Ordinandorum à Philippo ſcriptum, in quo ſumma totius doctrinæ Chriſtianæ, in quindecim locos diſtributa, omnium eruditiſſimè elegantiſſimeq́ expoſita eſt.

Quare adoleſcentes hortor, vt quotidie abſoluta lectione textus Bibliorum, aliquid temporis vel Examini, vel Locis ordinè perlegendis tribuant, &c.

Ibidem fol. 18. Nihil igitur dubitans confirmare auſim ingredientes ſtudium Theologiæ, multò vberiores fructus veræ pietatis & eruditionis & textus ſacræ ſcripturæ, ex vnius libri Locorum Theologicorum aſſidua lectione & relectione percepturos eſſe, quàm ſi interea per magnam varietatem omnis generis ſcriptorum vaga-

*rentur. Similia vide in Præfatione in Geneſin ab ipſo edita, in Catecheſi, & alijs.*

## D. PAVLVS CRELLIVS ISLEBIENSIS.

### *In Oratione in prælectionem Locorum, recitata 26 Martij anno 60 Vuitebergæ, inter ſcripta de morte Phil. Mel. edita.*

*SEmper in Eccleſia aliqui tales libri eruditi ſeruati ac propagati ſunt, quibus doctrinæ corpus integrum traditum eſt, & membra doctrinarum, quæ in ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis traduntur, ordine diſtributa, ac perſpicuo ac ſimplici orationis filo expoſita ſunt, & quidem Symbola initio hoc conſilio condita ſunt, vt ſumma doctrinæ animis includi poſsit. Poſtea alij longiores ſummas tanquam methodos ſcripſerunt, vt olim Methodius Lyciæ Epiſcopus, & poſtea Damaſcenus, Lombardus, & alij. Talis eſt Locorum Theologicorum liber in hac Academia à Reuerendo & clariſsimo viro Præceptore noſtro dilectiſsimo, Philippo conſcriptus, omnium articulorum fidei ac confeſsionis noſtræ doctrinam exponens, ordine ac perſpicuitate tanta, & genere orationis adeò proprio & ſimplici, vt vix aliud ſcriptum humanum in hoc genere conferri ei, aut cum fructu maiori proponi aut diſci poſsit.*

*Ibi-*

## Ibidem.

Quæ paulò pòſt barbaries ceu poſtliminio in Eccleſiam reditura ſit conſideremus, ſi regnum in Eccleſia obtinebunt φλυαροὶ illi καὶ βδελυροὶ ſcholæ noſtræ flagellatores. Ne igitur lucem doctrinæ cœleſtis barbaries inerudita & ſycophantica nobis obnubilet, aut totã eripiat, ſinguli quanto poſſumus ſtudio formam docendi ſanam, probatam & eruditam retinere & infigere animis noſtris, & propagare ad poſteros conemur. Agnoſcamus etiam immenſa bonitate diuina hanc illuſtrem ſanæ doctrinæ formã comprehenſam in Locis Theologicis, huic poſtremæ ſenectæ Eccleſiæ donatam eſſe, ac retineri lux doctrinæ tantò felicius poſſet. Nam quod Chryſoſtomus in enarratione præcepti Paulini, quod citauimus, inquit, ἐνετυπωσάμην εἰκόνα σοὶ τῆς ἀρετῆς, καὶ τῶν θεῷ δοκούντων ἁπάντων, ὥσπερ τινα κάνονα καὶ ἀρχαίτυπον ὑγιαινῶν λόγων εἰς τὴν σὴν ψυχὴν ἐγκεκοφώς. Id & de his noſtris locis Philippæis veriſſimè dici poteſt. Profectò enim norma ſunt & archetypus omnium, quæ de Deo, aut de pietate dicere homines, conueniens ac iuſtum eſt. Ac ſi quis alius liber humanus, certè hic doctrinæ cœleſtis explicatæ & ordine traditæ theſaurus Canone Eccleſiaſtico, vt Lutherus piiſſimæ memoriæ iudicauit, digniſſimus eſt.

## Ibidem.

Vidiſtis ipſi annis proximis, quanto conatu ac molimine Oſiander, Staphylus & Flacius, & colluuies Ther-

*ſitarum, his ducibus ſuis & calumniarum χειραγωγοῖς ap-
plaudens, delere memoriam ac lectionem Locorum com-
munium, vel ſaltem inuiſam ac ſuſpectam eam reddere
ſtuduerint. Sed fremant licet & rumpantur, illæ vipe-
ræ, nos tamen Deo iuuante excuti nobis lectionẽ, & amo-
rem tanti theſauri non patiemur.*

## *Ibidem.*

*In doctrinæ cœleſtis ſtudio vnuſquiſq; veſtrum pro-
feciſſe ſe plurimum exiſtimet, ſi ſcripta Philippica, quo-
rum ceu copiæ cornu, & fons vberrimus ſunt hi ipſi Loci
Theologici, ita ei placebunt, vt quò legat ſæpius, tantò ea
amet & legat impenſius.*

## D. HIERONYMVS WELLE-
rus in Confeſsione C 3. b.

*Memini Lutherum dicere: M. Philippus* iſt ein
from̃ Hertz / Er wolte gerne die Widerſacher mit
guten worten from̃ machen. Jch Waldrechte / Er
aber höfelt. *Minime igitur ferre poterat, ſi quis Dn.
Philippum reprehendebat, dicens:* Ach ſie verſtehen
*D. Philippum* nicht recht / Jch aber verſtehe jn wol.
*Quare omnibus Theologiæ ſtudioſis ſemper autor & hor-
tator fui, vt vtriuſq; ſummi viri diuina ſcripta ſtu-
dioſe euoluerent. D. Philippum propter Methodum,
D. Lutherum verò propter elocutionem legerent, eaq; in*

*re me-*

re meum exemplum imitarentur. Semper enim lectionem ſcriptorũ Domini Philippi cum monumentis D. Lutheri coniunxi, id quod ſcripta mea teſtantur. Et ſi quis præclarè de Philippo ſentit, ego maximè: nec vnquam ſcriptis eius offenſus aut perturbatus ſum.

Hanc meam confeſsionem non temerè effudi, ſed benè ſubducta ratione compoſui: Nam ætas, vſus ac experientia rerum ſpiritualium ac tentationum erudierunt me, vt rectè ac piè de vtriusq; D. Lutheri & D. Philippi ſanctæ memoriæ ſcriptis poſſem iudicare, iuxta illud Euripideum: ἀλλ᾽ ἡ ἐμπειρία ἔχει τι λέξαι τῶν νεῶν σοφώτερον.

## IOHANNES NISÆVS AVGVSTANVS, IN EPISTOLA, QVAM PRAEfixit tabulis ſuis in Locos Theologicos Philippi Melanthonis.

MEthodo, ſi quem alium, Philippum certè ex noſtris ſtuduiſſe, qui ſani & pij ſunt, perpetuo teſtabuntur, de cæteris enim, quos ſua bilis vexat, quid retulerit? Amemus igitur tanti viri ſcripta, & quoad licet, cum ſimilibus diligenter euoluamus, neq; maledictis nobis extorqueri patiamur. Prælucent eis ſacræ literæ: inſunt ordo, doctrina, Zelus: reſpondent vita & certamina. Dicerem & ſucceſſus, ſi, tam vtilem, tam conſpicuam, tamq; diuturnam, & infractam Eccleſiæ, & omnium literarũ moderationem: non, quam multi captant, opum, potentiæ, luxus, aſſectationem intelligas.

D. *Iacobus Andreæ* in ſeinem gründtlichen Bericht an den Keyſer vnd das gantze Reich geſchrieben/ Anno 1570.

WIewol nu aber auch alle Artickel viel ermelter Chriſtlichen Augſpurgiſchen Confeſſion/ in dem Doct. Luthers/ Herrn *Philippi Melanthonis*/ beſonders in den Büchern/ ſo vnter dem Tittel *Corpus doctrinæ, &c.* zuſam̃en gedruckt/ Wie auch in andern mehr ſeinen nützlichē vnd herrlichen Schrifften *Doct. Brentij* vnd anderer mehr vortrefflichen Theologen/ nach eines jeden jm von GOtt verliehenen Gaben vnd hohen Verſtande/ Chriſtlich vnd wol erkleret/ ꝛc.

*In Oratione de inſtauratione ſtudij Theologici in Academia Vuitebergenſi, anno 77. 25 April. c 3.*

*Philippus Melanthon quoq; capita doctrinæ Chriſtianæ, quæ Locos communes vocant, conſcripſit, ab ipſo Luthero commendatos, pro quibus laboribus, ſi nullus alius accepiſſet, Deo laus & ipſius nomini gratitudo debetur maxima.*

*Ibidem D 2. b.*

*Quartus Profeſſor Theologiæ Locorum communium Philippi Melanthonis Theologicorum lectionem obtinebit, quos D. Lutherus vidit, approbauit, commendauit.*

*D. NICO-*

# D. NICOLAVS SELNECCERVS NORIBERGENSIS.

## In der Vorrede vber das Büchlein D. Philippi Melanthonis/ Chriſtlich vnd gründtlich Bericht auff etliche gemeine Heuptfragen/ Anno 1567. durch jhn publicirt.

DEM gütigen/ Barmhertzigen GOTT ſollen wir ja billich vnd von hertzen dancken/ Das er vns zu jetziger zeit im Deutſchlandt ſolche Lehrer gegeben hat/ dergleichen ſind der Apoſtel zeit nicht geweſen ſeind. Ach was ſind der groſſe *Lutherus* vnd der fromme *Philippus* für trewe treffliche Lehrer vnd Liechter geweſen. Ob aber wol etliche mit vnter lauffen/ die mehr zu zerrüttung/ denn zu einigkeit vnd erbawung luſt tragen/ Lieber Gott wie ſol man jhm thun? Der Teuffel iſt ledig/ vnd ſie haben jr Gerichte/ Vnd werden vns doch für die Augen geſtalt/ anzuzeigen/ wie froñ ſie ſind/ vnd wie hoch wir Gottes Wort achten/ Das es ja wol beſſer töchte.

Auff das aber wir alle ſehen/ was für ein ſonderlich Werckzeug Chriſti eben *Philippus* geweſt ſey/ Ob gleich ſolches alle ſeine Arbeit vnd Schrifften gnugſam bezeugen/ vnd die Nachkom-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-161610-p0049-1

Nachkommen dauon werden zu ſagen vnd zu rühmen / vnd GOtt dafür zu dancken wiſſen. Jedoch muß Ich vnd wil ſolches allewege bekennen / das eben das kleine Büchlein / ſo jetzt Ewer Fürſtliche Gnaden (*Chriſtianum, Auguſti Elect. filium appellat.*) Ich offerire / ſo richtig / klar / helle / ſchön deutlich gelehret / vnd gewaltig iſt / Das / wann man ſonſt gleich alle *Patres* zuſammen *copulirt* (welches ich dann nach meinem vermügen trawē nicht vnterlaſſen) doch nicht ſo viel zu finden iſt / das ſo richtigen vnd zuſammen gefaſten verſtandt / auff dieſe Fragen / ſo ſehr nötig vnd allhie *mouiret* ſind / geben köndte / als diß kleine Büchlein / Das ja Preys vnd lobens werd iſt. Gott ſey lob vnd Danck.

## *Idem*, In der Oldenburgiſchen Kirchenordnung. *pag. b.*

IN den Artickeln der Augſpurgiſchen Confeſſion / vnd derſelben *Apologia*, Schmalkaldiſchē Artickeln / *Catechiſmis Lutheri* / vnd darauff erfolgeten angehengten Büchern / ſo dem *Corpori Doctrinæ* vom Herrn *Philippo* / ſeligen / geſchrieben / inſerirt vñ einuerleibet ſein / Als da ſein die *Repetition* der Augſpurgiſchen

ſchen *Confeßion*, *Loci Communes*, *Examen* der *Ordinandorum*, vñ Widerlegung der Papiſtiſchen Bayeriſchen Artickel. Dieſe Lehr vnd Bücher ſollen die *Paſtores* ſelbs wiſſen vnd haben/ Vnd nach denſelben die Chriſtliche Lehr dem Volcke verſtendiglich/ ordentlich/ vnd vngefelſcht fürtragen/ Vnd allezeit die nötigere Stück recht faſſen/ vnd nach gelegenheit der zeit/ deutlich erkleren.

*Ibidem lib. eod. pag. B. 3.*

Von ſolchen eigenſchafften der Göttlichen Perſon/ ſol man das Volck aus dem Symbolo Athanaſio vnterrichten/ vnd aus den obgemelten Schrifften/ fürnemlich Examine Theologico, Locis Communibus vnd dergleichen guten bericht nemen/ ꝛc.

*Libro eod. Pag. Nn.*

Man ſol auch zuſehen/ was die Pfarherr vnd *Diaconi* vor Bücher haben vnd gebrauchẽ/ damit nicht frembdes ergerliches Gezencke/ durch allerley Bücher/ ſo man ohn vnterſcheid componirt/ in dieſe Kirchen offentlich oder heimlich gebracht werden/ Deñ Flacianiſche/ Sacramentiriſche/ Widerteufferiſche/ vnd

dergleichen Bücher ſollen nicht gelitten werden bey Einfeltigen/die leichtlich dadurch jrre werden.

## *In præfatione in Geneſin: B. a.*

*Dicant alij & comminiſcantur more ſuo hæc & illa, me certo, & aliâs vera fatente, fontibus Iſrahel Uitebergæ imbutum eſſe ſcio, & fatebor dum vixero, & etiam coram tribunali Filij Dei Domini noſtri Ieſu Chriſti. Certè, quod ad diſcendi & docendi dexteritatem attinet, non velim commutare cum vniuerſi mundi fluxis & caducis opibus & delicijs hoc vnum, quòd vnum Philippum, ne iam de alijs loquar, Præceptorem habere & audire & ferè quotidie conuenire, alloqui & conſulere mihi Dei beneficio contigit. Nam alios, qui vel Philippum non audiuerunt, vel à ductu & dexteritate propoſita & præſcripta in eius libris, cùm quod ad formas loquendi, & doctrinam Prophetarum & Apoſtolorum explicandi & Lutheri etiam, aliorumq́ Patrum græcorum & latinorum ſcripta, rectè cognoſcenda & intelligenda, tum quod ad res ipſas methodicè & integrè, quantũ fieri poteſt, tradendas & percipiendas, attinet, qui inquam inde diſcedunt, eos vel ambitione, vel nouitatis auiditate, vel ſubtilitatum quærendarum curioſa vanitate, vel etiam ruditate, & præcipitantia intricare res euidenter, turbareq́ & euertere rectitudinem & normam doctrinæ video & experior: & ſcio huius mei iudicij omnes*

nes pios & candidè iudicantes teſtes eſſe. Et auſim ſanctè affirmare, non ego verò ſolùm, ſed mecũ omnes veritatis patroni & ſtudioſi, manſuram eſſe diligentiam inquirendorum fontiũ, in hebræa & græca lingua, & dexteritatẽ docendi & diſcendi cœleſtis doctrinæ, aliarumq́; huic neceſſariarum & vtilium artium, elementa, capita & argumenta omnia in ſcholis Chriſtianarum regionum, ſi methodum, verba, phraſes, res, à D. Philippo explicatas, ſanctamq́; ſimplicitatem, & ponderoſam breuitatem, magiſtri & diſcipuli retinuerint, & non alienas, nouasq́;, peregrinas, abſurdas etiam & periculoſas loquendi formas & diſtinctiones ex lacunis ſordidis petitas, quas plerunq; σοφισομανία καὶ δοξαμανία deſtruens pulcerrima ædificia cœleſtis doctrinæ comitantur, inconſideratè arripuerint & vſurparint.

## Ibidem fol. B 2. b.

Prolixius autem referre omnia iſta volui, vt quibus inſiſtam veſtigijs, & quarum Eccleſiarum doctrinæ & confeßioni addictus ſim, publicè teſtarer, ei nimirum, quæ ex fontibus Iſraël hauſta & comprehenſa eſt libro, cui titulus, Corpus Doctrinæ, conſcripto à D. Philippo Præceptore, beatæ memoriæ, de quo libro iudicium cuiuſdam viri doctrina, pietate, & autoritate excellentis, & magni τοῦ ἐν ἁγίοις, commemorare obiter viſum eſt: Optimus ille liber eſt, ſcriptus à viro optimo, id

*quod, ſi nihil aliud, certò certius teſtatur, quòd peßimi quiq; illum oderunt, & alios fœtidos libros illi ſubſtituere volunt: Optimi autem quiq; illum magnifaciunt & prædicant, & Deo pro doctrinæ luce & dexteritate gratias agunt, &c. Et libet etiam adijcere hos aliquando in viri magni & illuſtris Corpus Doctrinæ ſcriptos verſiculos:*

Non melior liber eſt vllus poſt Biblia CHRISTI,
Quàm, qui doctrinæ Corpusq; Lociq; vocantur.
Hoc norunt omnes, qui dexteritate docendi
Diſcendiq; ſimul, vera & pietate tenentur.

*Idem prædicant Stigelij verſus præclari, quos & ipſos ſubiungere libet:*

Pinguis vt aërij de vertice lapſa Sionis
Irrigat humentes copia roris agros:
Altus vt egrediens ſtagnantia littora Nilus
Fœtificat largo rura propinqua ſinu:
Sic hoc ſparſa libro veræ doctrina ſalutis,
Æternis implet pectora ſancta bonis.
Explicet inuicti quòd ſic oracula CHRISTI,
Nullum hoc in terris ſanctius extat opus.

*Ego profectò, cui Locorum communium doctrina iniuncta eſt, verè verum eſſe de ijſdem iudicium & teſtimonium magni Doctoris D. Lutheri, beatißimæ memoriæ, quotidie magis magisq; intelligo. Inuictus libellus (inquit D. Lutherus) Philippi Melanthonis, non ſolùm immortalitate, ſed & Canone Eccleſiaſtico dignus eſt. Et in Præfatione ab eodem in primum Tomum operum ſuorum ſcripta, qua ſuos labores, vt ſolent viri magni, ſan-*

ſancti, & negotijs multis obruti & diſtracti curis, extenuat, & confuſiones lucubrationum vocat, ita inquit: Extant nunc Dei gratia methodici libri quàm plurimi, inter quos Loci communes Philippi excellunt, quibus Theologus & Epiſcopus abundè formari poteſt, vt ſit potens in ſermone doctrinæ pietatis. Et rurſum: Quid operatus ſit Dominus per hoc organum (Philippum) nõ in literis tantùm, ſed in Theologia, ſatis teſtantur eius opera, etiamſi iraſcatur Satan, & omnes ſquamæ eius, &c. Et prodeſt etiam ipſius Philippi verba à nobis diſcipulis conſiderari, quæ ante annos decem ſcripta, in Epiſtola ad Lectorem, qua reſpondetur Flacio Jllyrico, extant: Summam doctrinæ (inquit Philippus) quam Lutherus in diuerſis interpretationum & concionum voluminibus tradiderat, tanquam in vnum corpus redactam edidi, & quæſiui genus verborum, quo ad proprietatem, quæ ad perſpicuitatem & concordiam vtilis eſt, diſcentes aſſuefierent, ac ſemper omnia ſcripta iudicio Eccleſiæ noſtræ, & ipſius Lutheri permiſi, de multis quæſtionibus etiam diſertè ſciſcitatus ſum Lutherum, quid ſentiret, & multi pagellarum iſtarum exempla adhuc habent. Jn eius doctrinæ profeßione, quam ſcio perpetuum eſſe conſenſum Eccleſiæ Catholicæ Domini noſtri IESV CHRISTI, & nunc Deum inuoco, & iuuante ipſo hanc confeßionem ad æternæ Eccleſiæ conſuetudinem afferam.

Abeant igitur ingrati cuculi, ϖαθηκαλώπηκες Lutheri & Philippomaſtiges, crabrones & fuci, fabricentq; alia,

 quæ

*quæ poſſunt, ſi modò poſſunt corpora, vel potius cadauera, aut obijciant, Confeßionis Auguſtanæ, Locorumq́ non deprauationem (hanc enim obijcere, vel ſi rumpantur, minimè poſſunt) ſed recognitionem, ſed illuſtrationem, ſed vberiorem multarum rerum explicationem. Liminiſco nobis opus eſt, & faſciola ſola, notante non ſententia, ſed verbis tantummodò aliter, & dilucidius & copioſius relata. Iſtis autem calumniatoribus helleboro opus eſt,* καὶ σιδηρᾶ ἁρπαγῇ, *qua cerebrum ſuũ ipſi verrant. His autem indignatione quadam iuſta, quæ optimos quoſq; afficere debet, vt rectè dici ſolet:*

Νῦν σοὶ πρὸς ὄψιν θυμὰς ἑστάτω, γέρον
Νυνὶ δὲ ὀργὴν ἡνίκ᾽ ἔνδικον λαβεῖν:

*His inquam abruptis, oro toto pectore Deum Patrem Domini noſtri* IESV CHRISTI, *vt in ea dexteritate, & ſimplicitate, quam percepi ex ſacris literis, ſcriptisq; Lutheri & Philippi, & concionibus, lectionibus, & conuerſatione eorum, quorũ antea partim vt Præceptorum partim collegarum nominatim mentionem feci, me & alios bonos, qui pacem cum Deo, & conſcientiam tranquillam, & cor ad mortem imperterritum atq; paratum, certamq; ſpem æternæ vitæ & læticia habere ex animo cupiunt, clementer conſeruet, & me faciat* σκεῦος ἐλέους, *organum ſalutare animæ meæ, & ſuæ Eccleſiæ. Atq; hæc ſcribenti incidit mihi D. Philippi pientißima oratio, recordatione ad omnem poſteritatem & ad nos omnes & ad ſingulos dignißima, quam nemo, qui virum illum rectè*

*nouit,*

nouit, & abſq; magna commiſeratione & aduerſus improbos indignatione iuſtiſſima legere facilè poteſt. Oratia autem hæc eſt: Si Flacius mihi gladium minatur, & caſus aliquis me oppreſſerit, quorumcunq; gladijs præbenda erit hæc miſera ceruix, commendabo me filio Dei Domino noſtro Jeſu Chriſto, crucifixo pro nobis & reſuſcitato, qui inſpector eſt cordium, & ſcit me ſimplici ſtudio quæſiuiſſe veritatem, non factiones, aut regna conſtituere, non laxare frenos curioſitati voluiſſe, &c. Hoc igitur & nos quiſq; pro ſuo talento in ſuæ vocationis officijs facere ſtudeamus, vt ſcilicet Dei gloria quæratur, vt veritas inquiratur & ametur, & vt in dulciſſimis & grauiſſimo conſilio ſcriptis verſibus dicitur:

Optima ſperentur, metuantur peſſima: ſed quæ
Sors tulerit, placido pectore quiſq; ferat.

## Jn Commentario in Geneſin, fol. 895.

Precemur autem æternum Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Jeſum Chriſtum filium Dei λόγον καὶ εἰκόνα ἀϊδίου πατρὸς, & Spiritum ſanctum viuum, caſtum & veracem, omnisq; dexteritatis in docendo & diſcendo, veræ doctrinæ & conſolationis, ac ſalutaris concordiæ autorem, & ἐραστεύτην, vt ipſe nos ſanctificet in ſua veritate, id eſt, in verbo ſuo, & ſeruet nos in ſimplicitate, integritate & dexteritate doctrinæ ſanæ, fidei veræ, &

ræ, & vitæ ſinceræ, nec priuari nos ſinat luce Euangelij, quæ in his Eccleſijs & ſcholis, Dei beneficio, & Lutheri ac Philippi, aliorumq́ piorum Doctorum miniſterio, adhuc fulget, & auertat nouas iſtas κενοδοξίας & machinationes inquietorum crabronum & fucorum, quibus nihil aliud curæ & cordi eſt, niſi vt peruertant normam & dexteritatem docendi & diſcendi, quam Dei beneficio habemus, & ſpinoſam Stoicamq́ matæologiam, labyrinthorum & vanitatis plenam, & quò ad verba, ſiue genus dicendi, nimis horridum & monſtroſum, & quò ad res ipſas attinet, introducant, idq́ vniuerſum odio priuato, quo turgent, & neſcio cuius vindictæ cupiditate & ambitione. Abrumpamus autem hæc, ne iuſtæ querelæ iam indulgeamus, ſed verbis Baſilij noſtrã ſententiam concludamus, qui ita inquit: Apud cordatos homines ad purgationem noſtri ſufficiunt hæc, quòd recepimus doctrinam gratam & amicam ſanctis (id eſt, & res & verba Prophetarum & Apoſtolorum) inſuper & tam diuino vſu comprobatam (teſtimonijs videlicet & experientia omnium piorum in exercitijs pœnitentiæ & inuocationis, & in agone etiam vltimo) quæ, ex quo tempore annunciatum eſt Euangelium, vſq́ ad præſens demonſtratur in Eccleſijs (& ſcholis recta & vera tradentibus) vſitata fuiſſe, &, quod eſt omnium maximum, quæ pium ac religioſum habet ſenſum. Apud magnum verò illud tribunal, quam quæſo nobis excuſationem allaturi ſunt Aduerſarij? quid tandem dicturi ſunt?

Quam

Quam blaſphemiæ excuſationem afferent? qui neq; honorem Domini reueriti ſunt, nec minis illius deterriti, (1. Cor. 6. λοίδοροι βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν) Iſtis quidem liberum eſt de ſuo conſultare negocio, aut etiam mutare conſilium. Ipſe verò optârim primum, vt Deus bonus det ſuam pacem vincentem in cordibus omnium, vt iſti, qui fremunt in nos, atrociterq; conglomerati inſurgunt, in ſpiritum lenitatis & charitatis compeſcantur. Quòdſi prorſus ſic efferati ſunt, vt non poßint manſueſcere: certè det nobis illorum facta toleranter ferre. Conſidera, quæſo, in hac imagine claſſem vtrinq; in acie horribiliter ſtantem, & deinde præcipiti furore immedicabiliter erumpente, in ſeſe mutuò irruentes pugnatores: Cogita quoq; rem nauticam violenti turbine perturbari, & tenebris nebulisq; ita obſcurari, vt notio nulla vel amicorum vel hoſtium, vel etiam militarium ſymbolorum in tanta confuſione haberi poßit. Addamus inſurer ipſum mare tumidum, impetuoſum & fluctuoſum, plenumq; tempeſtatum, & ventorum in rem nauticam ſimul irruentium, & claſſem omnem confringentium. Cogitemus eos, qui aciei iuſtoq; ordini præeſſe debebant, partim proditores fieri, partim deſperare, partim Apoſtatas eſſe, & fugere, partim vltimum conari, & naues hinc inde ventis iactatas incitare, & contra ire ſine diſcrimine & reſpectu omnib. obuiā veniētibus, & vt fit in ſeditione cædem mutuam patrare. Idq; omne ex inuidia, ſuperbia, ambitione, & victoriæ vindictæq; cupiditate.

Cogita præterea confuſas & indiſcretas vociferationes & clamores reſonantes per mare vniuerſum ex ventorum ſtrepitu, & nauium colliſione, & vndarum impetuoſè feruentium ſonitu & prælantium tumultu, quando pro affectuum ſuorum vehementia voces multifarias ita accumulant, vt neq; naucleri neq; gubernatoris vox exaudiri queat, ſed terribilis confuſio & perturbatio extet, & ex deſperatione, dum vnuſquiſq; ſpem vitæ ſibi eripi opinatur, & ſine metu peccat, & malis mala ſupra modum addat. Adde his quoq; morbum immedicabilem inſaniæ opinionum, & gloriæ aucupandæ, qua Duces nautici correpti, etiamſi nauem iam in fundum maris deferri videant, tamen de primatu certare non deſinunt, &c. Et mox: Propter publicum odium & priuatam ſuſpicionẽ irreconciliabilis omnibus eſt ſimultas. Hæc autem Eccleſiarum tempeſtas, quo marino turbine non eſt atrocior? Commota eſt ditio patrum, (magiſtratus & doctorum, Eccleſiarum, Scholarum & Reipublicæ tranquillitatis) & totum fundamentum, & doctrinæ munimentum, conuellitur (ὀχύρωμα δογμάτων, quale hodie eſt in libro inuicto, qui inſcribitur Loci communes Theologici, ſiue in Corpore doctrinæ, & in ſcriptis Lutheri) voluuntur & excutiuntur interim alia inſana dogmata, quorum baſis nimis putris eſt, eaq; prædicantur & oſtentantur. In nos autem dum ita irruimus inuicem, à nobis etiam inuicem ſubuertimur (Galat. 5.) Quòdſi hoſtis te non præuenerit, adeſt manipularis, qui tibi vul-

bi vulnus infligit: & hic ſi ictus cadat, mox inſurgit comprotector. Tantum ſcilicet amicitiæ inter nos eſt, vt odium aduerſus hoſtes manifeſtos & publicos non ſit tam magnum, quàm atrox eſt noſtra diſſenſio, qui hoſtibus neglectis nos inuicem vt hoſtes intuemur, damnamus, & abſq; modo & fine naufragium ipſi rerum noſtrarum faciamus, &c. Et rurſum: Eccleſias caligo triſtis & acerba occupat, dum luminaria mundi (præcipuos Eccleſiæ Doctores, Lutherum, Philippum, & alios orthodoxos) quæ Deus ad illuminandas populorum animas poſuerat, excludenda pellendaq; cenſentur. Ignoramus ipſi & non ſentimus, in quanto periculo ſimus, adimente nobis huius ſenſum immodico contentionis ſtudio, quod eſt inter nos, cùm tamen iam immineat metus internecionem vniuerſi (Reipublicæ, Eccleſiæ ſtatus, & Scholarum) minitans.

### Idem in der Vorrede vber den Propheten Eſaiam / an Hertzog Julium zu Braunſchweig / ꝛc.

ICH habe / Gott lob vnd danck / die Heuptſtücke Chriſtlicher reiner Lehre aus Doct. Lutheri vnd D. Philippi / beuorn dem Corpore doctrinæ gefaſt / Darinnen dieſer Landen Kirchen vnd Schulē bekendtnuß / richtig begriffen vñ angezeigt iſt. Darzu bekenne ich mich für aller Welt / ꝛc.

## Idem in præfatione diſputationis Grammaticæ pagina A 2.

Cum Eccleſia verò & Academia Vuitebergenſi pacem concordiamq́ in doctrina & confeßione, quæ Lutheri ſcripta & Corpus doctrinæ allegat, & retinet, cumq́ Theologis, & doctrinæ, pietatis & veritatis ſtudioſis, colam & ſeruabo vſq́ ad aras quoad vixero, Deo donante, & teſtante & iuuante.

## Lib. eod. pag. A 5.

Et acquieſcendũ eſſe in doctrinæ ſimplicitate & dexteritate expoſita ſcriptis Lutheri & Philippi, & inprimis in Corpore doctrinæ, quod etiam Eccleſijs huius Illuſtrißimi Ducatus commendaui.

## Lib. eod. pag. B.

Corpus doctrinæ & legi antehac, & diligenter lego, & harum terrarum Eccleſijs quoq́ depoſui & commendaui, meq́ ſcriptis illi incluſis docendo conformem eſſe affirmo.

## Lib. eod. pag. C 3.

Et gratitudinem polliceor Eccleſiæ & Academiæ Vuitebergenſi, quoad vixero & publicè & priuatim ſcriptis Lutheri & Philippi me docendo conformem eſſe affirmo, fa-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-161610-p0062-0

*mo, faciunt ſancti cineres Lutheri, Philippi, Crucigeri, Pomerani, Forſteri & aliorum orthodoxorum, vt piaculum eſſe certò ſtatuam, animo ſaltem concipere, nedum moliri, & reipſa aggredi aliquam diſceßionem à matre Eccleſia Vuitebergenſi, quàm diu hæc veſtigia illorum ſequitur.*

## *Lib. eod. pag. C 5.*

*Studioſus ſum ſcriptorum Lutheri & Philippi, & Corpus doctrinæ amplector, ab his, ſi quid in noſtris Eccleſijs recedit improbo.*

## *In libello quodam quæſtiones duæ, vnæ de Filio Dei, &c. D 6.*

*Ad hunc vſum ſcimus ſcriptum eſſe inuictum libellum Locorum communium à Philippo Præceptore noſtro Reuerendo piæ ſanctæq; memoriæ, cuius ductum quiſquis ſequitur, is ſe & in vita & in vltimo agone profeciſſe, & animũ aduerſus arietes fanaticorum, hæreticorum, diaboli & mortis probè muniuiſſe ſentit, ſicut Budæum habuiſſe ſecum ante obitum librũ illum, & paulò ante agonem Deo pro illius facta ſibi copia gratias egiſſe, & in lectione quoq; eiuſdem piè & placidè obdormiuiſſe accepimus. Quærant alij ſanè odia, delectentur Labyrinthis, confutationibus confuſis, & noua nouæ doctrinæ corpora fingant & pingant. Nos cum Dauide dicamus:*

Integritas rectumq; tuum me CHRISTE gubernet.

## Idem in ſecunda parte Explicationis Euangeliorum & Epiſtolarum Dominicalium, edit: 1575. Francoforti fol: 277. de conſenſu Lutheri & Philippi, & iudicio Lutheri de Locis Philippi.

*D. Philippus, Eliſæus, ſuccedens Eliæ, cùm in publica lectione literas annunciantes obitum viri omnium maximi Lutheri accepiſſet, ſuſpirijs, gemitibus & lacrymis profuſè effuſis: Occidit, inquit ad auditores, occidit, cecidit auriga & currus Iſraëlis Lutherus. Deus noſtri miſereatur. Obitum huius viri quæ mala ſubſecuta ſtatim ſint, nouimus omnes, bella inteſtina & externa, motus, ſimultates, diffidentiæ, odia irreconciliabilia, diſcordiæ, corruptelæ, calumniæ, portenta opinionum, ita, vt conſtantia & concordia cum eo ſepulta eſſe diceretur. Doctrina autem Dei beneficio per Eliſæum Philippum, Pomeranum, Sneppium, Brentium, Principem Georgium Anhaldinum, Mattheſium, Theodorum, Forſterum, atq; reliquos fideliſſimè propagata, & ad nos tantorum luminarium diſcipulos & poſteros, & VTINAM diſcipulos veros & fideles, tranſlata eſt, quam vt Deus clementer conſeruet in Eccleſijs noſtris, ſcholis, familijs, & ædibus harum regionum, vt non à paucis, ſed à multis* CHRISTVS *agnoſcatur & celebretur, totis pectoribus precamur.*

Nunc

Nunc dicendum eſt aliquid de Surij, & ſcurrarum ſimilium inſanis clamoribus, noſtram Auguſtam confeſſionem deformare conantib. Mutatam dicunt illam eſſe aliquoties, & pallium eſſe ſectarum plærarumq;. Dicerem, increpet te Deus, Satana, niſi mitius reſponſum haberem, quod optimus quibuſq; ſatisfacere poteſt. A priuato non debuiſſe mutari vel in minimo ſcriptum publicum, & communi Electorum & Principum nomine Cæſari exhibitum, vociferantur. Mutatum verò nihil adeò eſſe nouimus, vel in minimo, quod ad res & ſententiam capitum doctrinæ ſpectat: Illuſtrata autem quædam, & interdū copioſius explicata eſſe, non diffitemur, idq; non priuato conſilio tantùm, ſed publico Doctorum nomine. Et tamen primum exemplum Principibus, & alijs, nobiſq; omnibus relinquitur integrum, qui & illud, cùm allegant nominando confeßionem Auguſtanā, intelligunt, atq; ad id referunt vnanimiter ſuæ doctrinæ conſtantiam, neq; quicquam de mutatione vel verborum vel rerum, multò minus de corrupto, vt mendaciter loquūtur ſcurræ, aut aliter expreſſo vllo capite norunt, neq; Cæſarem aut Ordines Imperij noua confeßione circūducunt, ſed quod ſemel Dei beneficio, gratia & inſtinctu placuit, in eo, quod ad verba & ad res attinet, conſtanter permanent. Ab alijs verò, quod obijcitur de exemtis quibuſdam particulis, quibus improbantur ſecus docentes de Cœna, quàm noſtræ Eccleſiæ ex verbo Dei docent, illud tale eſt, vt facilè veniam mereatur apud eos,

qui

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-161610-p0065-6

qui audierunt, quo conſilio & animo id factum ſit. Mihi certè ante aliquot annos quærenti ex viris magnis, non infimum in Imperij conſultationibus locum tempore illo habentibus, quærenti inquam, multis alijs, quorum nonnulli adhuc ſuperſtites ſunt, præſentibus, de cauſſa reſponſum & ſatisfactum eſt, videlicet Landgrauium Heluetijs ſe aliquando adiungentem, concepiſſe optimã ſpem de voluntate ipſorum, & acceßione ad vnanimem Auguſtanam confeßionem amplectendam & aſſerendam, ſi modò improbatio & damnatio ſententiæ eorum, quàm hactenus habuiſſent, eximeretur, atq; hoc ipſum clementer perſcripſiſſe ad D. Philippum, & petijſſe exemplaria alia, omißis illis particulis, inprimi, num vel hac ratione meliores illi fieri, & ad vnanimem Confeßionem adduci poſſent. Factum igitur hoc fuit animo & conſilio optimo, & optimè ſperante de ijs, de quibus ſpes & Principes & Præceptores noſtros fefellit. Quare ſi in ſpe optima erratum quis eſſe dicat, noſtra pace ſanè dicat, ſine veræ doctrinæ & noſtrorum Præceptorum, ac piorum Doctorum violatione & infamatione. Secus enim docentes de Cœna, et alijs capitibus doctrinæ non minus iam quàm tum temporis, quo ſcripta & exhibita Cæſari Confeßio fuit, ſinceri noſtrarum Eccleſiarum & Scholarum Doctores, & Principes improbant, & confutant verbo Dei, ac ſolidis & veris ſcripturæ atq; Eccleſiæ teſtimonijs, & conſenſu orthodoxo piæ vetuſtatis: ac particulas illas (improbant ſecus docentes) nequaquam ex confeßione

exem-

exemtas eſſe volunt. Mentiuntur ergo Suriani & alij, fingentes Auguſtanam Confeßionem cothurnum aptum pedibus ſectariorum quorumlibet, quemadmodum etiam STAPHILVS transfuga ſcribere nefario animo auſus fuit, qui & pœnas dedit, τῶν ἀχαλίνων στομάτων, & alijs, ne mentiantur, exemplo & terrori eſſe debet. Et quæ non tantum de Cœna, ſed de omnibus doctrinæ & fidei Chriſtianæ capitibus, confeßio ſit harum Eccleſiarum atq; Scholarum, ſub qua nullus ex hæreticis & ſecus docentibus receptum ſuum quærere ac occultare ſua deliria poteſt, quocunq; ille nomine ſeſe aut ſua vendicet, teſtantur ſcripta omnia tum Lutheri, tum Philippi. Ut enim in vita vtriuſq; ὁμόνοια fuit dulcißima, ita eadem & poſt mortem vtriuſq; manſit, & manſura eſt in omnem æternitatem, etiamſi Moſe mortuo infirmitas conſpecta fuerit, digna magis commiſeratione & ſepultura, quàm acerba indignatione & exaggeratione. Nec opus eſt interlocutione vel Surij, vel aliorum. Res eſt in aperto poſita. Nec ſinimus vel in minimo articulo aut puncto doctrinæ diſiungi Lutheri & Philippi animos, ſtudia, opera, labores, ſententias, doctrinam, fidem & confeßionem, quicquid ſanè garriant obſtrependo naſuti alij, neſcio quibus productis ſchedis furtim collectis, atq; de veritate incertis. Habemus libros non ἐπιστολικοὺς, ſed ἀποστολικοὺς, vt ita loquar, id eſt, doctrinam integram explicantes publicè editos, in quibus verba Lutheri de Philippo inuenimus. Extant Dei gratia methodici libri

quàm plurimi, inter quos Loci communes Philippi excellunt, quibus & Theologus & Epiſcopus abundè formari poteſt, vt ſit potens in ſermone doctrinæ pietatis. Et rurſum: Inuictus libellus Philippi Melanthonis, non ſolum immortalitate, ſed & canone Eccleſiaſtico dignus eſt. Et: Quid operatus ſit Dominus per hoc organum Philippum, non in literis tantùm, ſed in Theologia, ſatis teſtantur opera eius, etiamſi iraſcatur Satan, & omnes ſquamæ eius. Et aliquoties, etiam literis ſcriptis, ſolitus eſt Lutherus Philippum nominare **ſeinen Hertzallerliebſten**: ex corde chariſſimum Philippum. Philippus verò doctrinam à Luthero, quaſi poſtliminio recuperatam, & Dei beneficio his terris, & multis regnis ac nationibus, Sueciæ, Daniæ, Noruegiæ, toti Saxoniæ, Miſniæ, Marchiæ, Sileſiæ, Franciæ, Sueuiæ, & alijs pluribus per Europam, & ipſis aduerſarijs feliciter reſtitutam propagauit fideliter, ſicut ipſe inquit: Summam doctrinæ, quam Lutherus in diuerſis & interpretationum & concionum voluminibus tradiderat, tanquam in vnum corpus redactam edidi, & quæſiui genus verborum, quò ad proprietatem, quæ ad perſpicuitatem & concordiam vtilis eſt, diſcentes aſſuefierent, ac ſemper omnia ſcripta iudicio Eccleſiæ noſtræ, & ipſius Lutheri permiſi, de multis quæſtionibus etiam diſertè ſciſcitatus ſum Lutherum, quid ſentiret, & multi pagellarum iſtarum exempla adhuc habent. In eius doctrinæ profeſſione, quam ſcio perpetuum eſſe conſenſum Eccleſiæ Catholicæ D. N. I. C. &

nunc

ætunc Deum inuoco, & iuuante ipſo hanc confeſsionem ad æternæ Eccleſiæ conſuetudinem afferam, &c. Et ne quis, vt hodie multi ſunt, perhibeat, aliud in quibuſdam doctrinæ capitibus ſenſiſſe & ſcripſiſſe Philippum, quàm Lutherum, confutat hoc ipſe Philippus, non ſchedis, quas deformatores Lutheri & Philippi, alicunde ſurreptas & conuaſatas, oſtentare conantur, & quæ ſi ſint Philippi, vt aiunt, nihil ad nos vel in minimo, multò minus ad Eccleſiæ totius corpus ſpectant, ſed publicis & toti Eccleſiæ traditis & commendatis ſcriptis: Sic enim inquit in quarto operum ſuorum Tomo, in formula concordiæ, de controuerſis articulis: Deo iuuante, pium conſenſum in Eccleſijs noſtris omnibus fideliter tueri volumus, iuxta confeſsionem Auguſtæ exhibitam, & Apologiam, & articulos à Luthero ſcriptos, quibus additæ ſunt ſubſcriptiones in conuentu Smalcaldenſi, nec recepturi ſumus vlla dogmata pugnantia cum ea doctrina. Nec dubitamus doctrinam confeſsionis noſtræ veram, & veterem Eccleſiæ Dei Catholicæ ſententiam eſſe. Et rurſum in Ordinandorū Examine Germanico repetit ferè eadem verba, inquiens: Noſter animus non eſt aliam doctrinam accipiendi aut proponendi, niſi vnicam illam æternam doctrinam, quam Deus ſuæ Eccleſiæ per vnigenitum filium ſuum patefecit, ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis comprehenſam, & in eo intellectu, qui in Symbolis Apoſtolico, Niceno, & Athanaſiano expreſſus eſt, cum quo conſentiunt Lutheri Catechiſmus & Confeſsio, item Confeſ-

ſio Cæſari exhibita Auguſtæ, anno 1530. quemadmodum hæc doctrina, Dei beneficio, unanimiter in Eccleſijs regionum Saxonicarum Lubeci, Hamburgi, & Lunæburgi, & in alijs ſimilibus traditur, cum quibus ad Dei gloriam & ad multorũ hominum ſalutem cupimus concordiam conſeruare.

Hæc verba grauibus de cauſis, non tamen ad Pontificios clamores refutandos, ſed ad domeſtica mendacia confutanda, & ad rectè inſtituendos teneros animos, denique ad Magiſtratus noſtri clementiſſimi voluntatem & ſinceritatem teſtandam, recito, quæ eſt de ſtudio conſeruandi, & ad poſteritatem propagandi doctrinam apertam, & explicatam laboribus Lutheri & Philippi, iuxta ſcripta publicata vtriuſque, quemadmodum & huius anni actiones (quibus repetuntur & allegantur Lutheri ſcripta in doctrina de perſona Filij Dei, deque Cœna Dominica, & alijs ſimilibus doctrinæ articulis, cùm in ijſdem ſcriptis omnia, quæ afferri modò poſſunt, exactiſſimè ſint examinata, vt in cognitione & aſſertione veritatis deſiderari à bonis nihil poſſit amplius) illam ipſam Magiſtratus noſtri voluntatem omni laude dignam teſtantur & prædicant. Nolumus eſſe Hammitæ, detegentes pudenda Noæ. Et rectè dicitur de occultis non iudicare Eccleſiam, & de ijs de quibus nihil certi conſtat, bonas mentes etiam, ſuſpicionem non facilè concipere.

Idem

*Idem in Symbolorum Exegeſi, edita 1577. Lipſiæ, folio 39.*

*Affirmamus conſenſum noſtrum eſſe in ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis, cum quibus idem ſonant & docent Catechiſmi & Confeßiones ſiue ſcripta D. D. Lutheri, & Corpus Doctrinæ à D. Philippo conſcriptum.*

*Hæc & ſimilia multa inueniet Lector in Oratione eiuſdem Selnecceri, de* ὁμόνοια *Lutheri & Philippi, quæ ſeorſim excuſa eſt, in Commentarijs in Eſaiam cap: 52. ad ſententiam: Quàm precioſi pedes, &c. atq; alibi paßim.*

**M. Georgius Walther zu Hall in Sachſen / zu S. Vlrich Prediger / in der Vorrede an den Durchleuchtigſten / Hochgebornen Fürſten vnd Herren / Herrn *Julium* / Hertzogen zu Braunſchweig vnd Lüneburg / ꝛc.**

**Vber das erſte Theil ſeiner Bücher / genant / Hauptartickel Chriſtlicher Lehre. A iij b.**

WEil zu aller zeit viel Lehrer vnd Prediger ſich außgeben / für Diener des heiligen Geiſtes / Die doch viel mehr dem Teuffel folgen. So ſollen heutiges Tages nach der vermahnung Pauli / alle Gottſeligen zuſehen / das ſie die



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-161610-p0071-9

jenigen erſtlich hören/ vnd von denen rechten Verſtandt Gottes Worts lernen/ die da Gottfürchtig/ gelehrt/ vnd trew befunden werden/ welchen man kühnlich trawen müge. Als bey vnſern zeiten ſonderlich die ſeligen vnd hochbegabten Herrn. Doct. Lutherus/ vnd D. Melanthon/ ſeliger gedechtnuß/ geweſen ſind/ vnd andere deßgleichen/ welche in jre Fußſtapffen tretten/ Denn jhre Lehr vnd Schrifften/ allen den andern weit für zuziehen ſein/ Wie aus andern vmbſtenden zu erkennen.

Als für das erſte/ Das jhre Lehre dem Glauben gemeß/ wenig außgenom̃en/ das in der erſte geſchrieben/ vnd darnachmals von jnen ſelbſt caſtigirt/ vñ auffgehaben iſt in folgenden Schrifften.

Zum andern/ Das alle die jenigen/ ſo ſich wider ſolche jhre Lehre auffgelehnet/ nichtes haben ſchaffen können/ vnd darüber zu ſchanden werden.

Zum dritten/ Das durch dieſe Lehre/ nicht ein Landt alleine/ Sondern gar viel zum Chriſtlichen Glauben bekehret worden ſind/ durch verleyhung des heiligen Geiſtes.

Zum vierdten/ Das wol vielfeltig vnd auffs hefftigſte ſolche Lehre verfolget worden iſt/ Aber doch durch Gottes ſonderliche ſchickung/ nicht alleine erhalten/ Sondern eben dadurch weiter vnd

weiter

weiter außkommen / vnd vnaußſprechlichen nutz geſchafft.

Zum fünfften / Das durch dieſe Lehre / das gewaltige / prechtige vnd verdamliche Bapſtumb / vber alle vernunfft / zuſchanden worden vnd geſtürtzt iſt / vnd nur ein Strumpff dauon vbrig iſt.

Zum ſechſten / Iſt ſonderlich ſolches daran abzunemen / das jhre Lehre von Gott dem Allmechtigen ſey / Weil dieſelbe alle angefochtene vnd betrübte Hertzen ſo gewaltigen erquicket / labet / tröſtet vnd ſtercket / das ſie mit aller gedult / jhre zeitliche Trübſaln ertragen / Vnd endtlich gar frölich von dieſer Welt abſcheiden / Wie an dem Könige in Dennemarck / Herren Chriſtiano / vnd an dem jungē Fürſten Maximiliano / des Churfürſten von Sachſſen Sohn / in der Todes noth / Vnd andern in nidrigen vnd hohen Stande offt erfunden wird von vns Predigern. Darumb ich auch etliche derſelbigen tröſtliche Sprüch Doct. Lutheri / vor 14. Jahren in einem Büchlein / Troſtſprüche Lutheri genandt / beſondern habe Drücken laſſen / Weil ich bey mir vnd andern befunden / das ſind der Apoſtel zeiten nie keiner geweſen / der angefochtene vnd betrübte Hertzen ſo wol hette erquicken vnd tröſten können / Das auch der Herr *Philippus* alſo befunden / vnd derwegen ſonderlich die Bücher *Lutheri* rühmet / vnd darzu vermahnet. Denn alſo ſchreibet er

bet er in der Vorrede des erſten Lateiniſchen *Tomi* zu Wittemberg gedruckt: Ich weiß viel Gelerter Leute/die in Anfechtungen/vnd auch in der Todes ſtunden/ wenn ſie jetzt haben ſterben ſollen/ auch ſonderlicher vermeldung des heiligē Geiſtes/Gott dafür gedancket haben/ das derſelbige das Liecht der heilſamen Lehre wider offenbaret/vnd der Kirchen/durch das Predigampt Doct. Luthers/wider bracht hat. Vnd Ich/ſpricht der Herr *Philippus*/ dancke auch Gott von gantzem Hertzen/ für ſolche Gnade vnd Wolthaten.

Zu letzt/ Iſt es am Tage/ das nie kein Lehrer ſo richtig vnd deutlich Gottes Wort gefaſſet habe/ als der Herr *D. Melanthon*, mein lieber *Præceptor*/ damit er groſſen vnaußſprechlichē nutz in der Chriſtenheit geſchaffet/ das man die Bibel vnd herrlichen Bücher Doct. Luthers numals beſſer verſtehen vnd gebrauchen kan/ Das jhm Doct. Luther ſelbs zeugnis gibt/ wie bald hernach wird vermeldet werden. Damit aber die jenigen/ Einfeltigen vnd guthertzigen Leuthe/ ſolchs alſo im Werck befinden/ſo wil ich der fürnemſten Gelehrten Leute bedencken allhie vermelden/ damit die jenigen/ die ſolche tadeln/ verachten/ vnd andern verbieten zu leſen/ ſehen/ wie vbel ſie thun/ Vnd andere ſo viel deſto mehr vnd ferner nur fleiſſig ſich an ſolche Bücher halten. Alſo ſchreibet *D. Melanthon* vom

Herrn

Herrn *D. Luthero* im erſten Lateiniſchẽ *Tomo Doct. Lutheri*/gedruckt zu Wittemberg: Alle Gottſelige erkennen/das Gott ſelber den Ehrwirdigen Herrn *D. Martinum Lutherum* erwecket vnd beruffen habe/das Er die warhafftige/reine vnd ſelige Lehre von der Buſſe/von der Gerechtigkeit des Glaubens/von vnterſcheidt des Geſetzes vnd Euangelij/vnd von rechtem gebrauch der Sacrament erſtlich zeigete vnd lehrete/Darauff vieler anderer Artickel ſelige Erklerung gefolget iſt/Sollen derhalben Gott dafür dancken/das durch das Predigampt Doct. Luthers/das Liecht vnd rechter Verſtandt Göttliches Worts/in die Kirchen gebracht iſt/Vnd ſollen mit aller danckbarkeit ſolcher Wolthaten wol gebrauchen.

Jtem/Es iſt gar nütz vnd gut/das da bleiben vnd erhalten werden/die Außlegung D. Luthers/denn ſie erkleren der Propheten vnd Apoſtel Bücher/vnd ſein Bekendtnuß von der gantzen Lehre der Chriſtlichen Kirchen/Er iſt von Gott dem Allmechtigen erleuchtet/vnd hat die Lehr wider recht angericht/vnd ſeine Bekendtnuß gethan von allen fürnemeſten Stücken Chriſtlicher Lehre/die da nütz vnd gut ſein/das ſie bleiben vnd erhalten werden/vmb der Nachkömlinge willen/die zu vnterrichten vnd bekrefftigen.

Deßgleichen ſchreibet der hochberühmpte vnd gelehrte Mann *D. Eraſmus Rotherodamus* im andern Lateiniſchen *Tomo* zu Jena gedruckt/ *fol. 33.3.* *Lutherus* iſt weit gröſſer / denn das ich wider jhn ſchreiben ſolte / Gröſſer iſt *Lutherus* vnd höher begabt / denn das ich jhn ſolt verſtehen / Ein ſolcher hochbegabter Man iſt *Lutherus* / das mich ein Blat in ſeinen Büchern mehr lehret vnd vnterrichtet / denn der gantze *Thomas*.

Deßgleichen haben herrliche zeugnuß geben / wie nicht vnbewuſt iſt / dem Herren *D. Luthero*, *D. Staupitius*, *D. Brentius*, *D. Regius*, *D.* Weller vnd *D. Vitus* Dieterich / vnd andere mehr.

Was den Herrn *Philippum Melanthonem* anlanget / meinem lieben *Præceptorem* / dauon ſchreibet D. Luther alſo in der Vorrede des erſten *Tomi* ſeiner Bücher zu Wittemberg gedruckt. Es ſind verhanden viel guter Bücher / die ordentlich vnd wol geſchrieben / vnter welchen allen die *Loci Communes Philippi Melanthonis* weit fürzuziehen ſein / die einen *Theologum* / Biſchoff vnd Prediger / alſo herrlich vnd wol vnterrichten können / das er mechtig ſey / Gottſelig vnd rechtſchaffen zu lehren vnd Predigen.

Mehr gezeugnuß anzuziehen iſt nicht von nöthen / Das Werck / wie man ſaget / zeiget den Meiſter.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-161610-p0076-7

ſter. Man leſe jhre Bücher / vnd betrachte die Hendel / ſo mus man bekennen / das Gott ſonderlich mit jhnen geweſt ſey / Das auch aller Gelehrten Bücher außweiſen vnd bezeugen / die nichts anders lehren / ſo ſie rechtſchaffen ſind / denn das ſie von jhnen gelernet haben / wie es ein jeglicher leichtlich ſpüren kan / der in Doct. Luthers vnd *D. Melanthonis* Bücher etwas bekandt iſt.

Derhalben man nicht beſſer thun kan / Wenn man Gottes Wort wil recht verſtehen / wie hoch von nöten iſt / denn das man erſtlich die Bibel / das Göttliche Wort fleiſſig leſe vnd betrachte / Vnd darnach die Bücher D. Luthers vnd *D. Melanthonis* jhm laſſe befohlen ſein / vñ darneben fleiſſig Bete. Alſo kan man rechten Verſtandt aus Gottes Wort faſſen / vnd Gott den HERRN erkennen / gerecht vnd ſelig werden.

Aber was geſchicht? Gott ſey es geklagt / O der grewlichen Gotteslesterung / vnd der ſchendtlichen vndanckbarkeit / Viel werden heutiges Tages vermerckt / welche ſolche ſelige Schrifften der beyder Menner / dadurch der heilige Geiſt die Welt erleuchtet vnd bekehret hat / den Antichriſt offenbaret vnd geſtürtzet / nun allererſt zweiffelhafftig machen wollen / Dieſelben verachtẽ / verkleinern / vbel brauchen / vnd den Einfeltigen zuuorbieten / oder dauon abzuſchrecken / ſich vnterſtehen / Heiſt

das nicht den Namen Gottes vnnütz führen? Iſt numals die Lehre nicht mehr ſo gut vnd krefftig/ wie jenes mahls? Die trawen noch krefftig iſt/ wenn die Leuthe noch alle weren wie jenes mahls/ vnd mit ſolcher luſt/ mit ſolchem ernſt/ dieſelbigen wolten leſen/ vnd zu hertzen nemen. Es mügen eben dieſelbigen ſagen/ von wem ſie das jenige haben/ Nemlich/ das gute ſo ſie gelehret haben/ oder noch lehren/ So müſſen ſie bekennen/ das ſie dauon weniger denn nichts wuſten/ wo der Allmechtige Gott ſolches nicht durch dieſe beyde Menner jnen hette laſſen offenbaren. Warumb geben ſie denn nicht Gott dem Allmechtigen die Ehre/ vnd vermahnen gleichßfalls die andern/ das ſie ſich für allen dingen erſtlich zu denen halten/ von welchen ſie es anfenglich gelernet haben. O die betrübten armen Nachkömling/ die vieleicht gar wenig/ oder vieleicht gar nichts vberall von dieſen Schrifften der beyden Menner werdē wiſſen/ oder verſtehen/ vnd des ſeligen Troſtes nicht genieſſen können/ der darinnen verfaſſet iſt/ Vnd darüber ohne zweiffel ſolche Lehre haben werden/ die dieſer Lehr/ in Gottes Wort gefaſt/ gantz zu wider iſt/ zu jhrem Verdamnuß.

Solches hat mir offters ſchwere vnd betrübte gedancken gemacht/ vmb der Nachkömlinge vnd meiner lieben Kinder willen/ Denn ich numahls

mehr

mehr beyſorge trage / D. Luthers Propheceyung offt widerholet / vnd von mir neben andern mehr / mit Rath des Herrn D. Melanthonis / in Druck beſondern zuſammen verfertigt werden / erfüllet werden / das man erbärmlich vmb dieſe ſelige Lehr kommen wird / Habe derhalben offt GOTT den HERRN dafür gebeten / vnd eben darumb dieſes Buch fürgenommen zuſchreiben / das ich meinen geliebſten Kindern / vnd andern einfeltigen Chriſten hiermit dienen / Vnd ſo viel an mir iſt / dafür nach meinem vermügen helffen verwahren / Vnd jhnen eine luſt machen / vnd anreitzung geben / D. Luthers vnd *D. Melanthonis* Bücher fleiſſig zu leſen / vnd fleiſſig zubewegen / vnd hiemit helffen / das ſie die Bibel vnd andere Bücher beſſer verſtehen vnd gebrauchen mögen / vnd alſo in heilſamer Lehre vnd Gottſeligkeit biß an jhr ende beſtendig bleiben / ꝛc.

## IOHANNES MAIOR IOACHIMICVS T. DOCTOR,

### *De Corpore Doctrinæ à Philippo Melanthone conſcripto, 1577.*

*QVæ doctrina prius neruis, formaq; carebat,*
*Edita perplexu, & ſine luce modis.*

*Hanc vario è flexu expedijt ratione diſerta*
*Alter qui Theſeus arte Melanthon erat.*
*Ne iam maſſa rudis foret, indigeſtaq́ moles,*
*Sed corpus, cui mens addita viua ſubeſt.*
*Plenum eſt artis opus, plenus quoq; numinis, autor,*
*Si modò te teſtem ferre Luthere volunt.*
*Nullus ei adiutor: multus reprehenſor vbiq; eſt:*
*Picaq́ Luſciniæ certat inepta ſonis.*
*Hi ſunt, qui piperi, & ſcombris caua tegmina ſcribunt.*
*O capita Anticyris non releuanda tribus.*
*Hi quoq; dum Corpus Doctrinæ excudere tentant,*
*Cùm careant ſana mente, cadauer agunt.*

# III. CAPVT.

## DE PRIVATIS THEOLOGICORVM LIBRORVM condemnationibus,

*Socrates in Hiſtor. Eccleſ. lib. 6. capite 11. folio 328.*

*EPiphanius (Cypri) Epiſcopus, Theophili (Epiſcopi Alexandrini Anthropomorphitiani, qui ideò oderat ſcripta Origenis, quòd negarēt Deum membris corporeis eſſe præditum) ſuaſu, ex Cypro Conſtantinopolim venit, eóq; ſecum attulit decre-*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-161610-p0080-9

*tum Epiſcoporum, quod non ipſum excommunicabat Origenem, ſed libros eius duntaxat condemnabat. Itaq; vbi ad templum D. Johannis, quod extra Ciuitatem ad ſeptimum lapidem ſitum eſt, acceßit, Synaxi celebrata, & ordinato Diacono, exit è templo, & ciuitatem ingreditur. Cumq; à Johanne (Chryſoſt: Epiſ: Conſtan:) inuitaretur, vti ad ſe in ædes Epiſcopi diuerteret: Ille, quò gratificaretur Theophilo: Nec tecum, inquit, cap. 13. diuerſari, nec ſimul preces facere volo, niſi Dioſcurum (Epiſcopum Hermopolis, qui tradebat Deū corpore vacare, vt et Origenes) cum fratribus (quos Origeniſtas vocabant) è ciuitate expellas, tuq; ipſe decreto, quo Origenis libri condemnantur, ſubſcribas. Cùm Johannes iſta facere tardaret, diceretq;, non oportere ante generalem de ea re diſceptationem inquiſitionemq; habitam, quicquam temerè & inconſultè ſtatuere: (Epiphanius) in ſeparato quodam hoſpitio diuerſatus eſt. Epiſcopis autem, qui ibi fortè verſabantur, conuocatis, decretum quod libros condemnabat Origenis legit. De illis nihil equidem habeo dicere, ſed hoc dico, viſum fuiſſe Epiphanio &*

*Theo-*

*Theophilo eos condemnare. Ex Epiſcopis nonnulli, qui Epiphanium reuerebantur, illi decreto ſubſcripſerunt: complures verò illud facere renuerunt. Ex quorum numero fuit Theotimus Epiſcopus Scythiæ, qui Epiphanio ita reſpondit: Ego Epiphani, neq; hominem iam olim mortuum contumelia afficere volo, neq; facinus tam nefandum aggredi audeo, vt condemnem libros, quos maiores noſtri neutiquã condemnarunt: præſertim, cùm nullam doctrinam in illis compræhenſam intelligam. Itaq; libro quodam Origenis allato, eum legit, ſcripturæq́; interpretationes fidei Eccleſiæ congruentes, quæ in eo continebantur, oſtendit. Deinde adiunxit hæc verba: Qui iſta contumelijs afficiunt, illi eas res contumelijs imprudẽtes afficiunt, de quibus libri ipſi conſcripti ſunt. Hæc quidem Theotimus, vir ob pietatem & rectam viuendi rationem multorum ſermonibus celebratus, Epiphanio reſpondit.*

*Et mox cap: 12: Homines obſcuri, abiectiq́;, qui nihil ex ſe habent, quo nomen ſuum illuſtrare poßint, ex virorum ipſis longè præſtantiorum vituperatione, ſe nobilitare contendunt.*

PON-

# PONTIANVS AD IVSTINIANVM IMPERATOREM, de tribus Capitulis I. Tomo Conciliorum ad finem.

*IN extremo Epiſtolæ veſtræ cognouimus, quod nos non mediocriter remordet, debere nos Theodorum, & ſcripta Theodori, & Epiſtolam Jbæ damnare. Eorum dicta ad nos vſq; nunc minimè peruenerunt. Quòd ſi peruenerint, & aliqua in eis apocrypha, quæ contra fidei regulam dicta ſint, legerimus: Dicta poſſumus reſpicere, non autores dictorum iam mortuos, præcepti condemnatione, damnare. Quòd ſi adhuc viuerent, & correpti errorem ſuum non condemnarent, iuſtiſſimè damnarentur. Nunc autem quibus recitabitur ſententia damnationis noſtræ? Quod in eis corrigatur, non eſt, Sed timeo pijſſime Jmperator, ne ſub obtentu damnationis iſtorum, Eutichiana hæreſis erigatur. Ut dum modò iudicia non ſpernimus, ad maiorem hæreſin colliſionemq; veniamus. Et quid viuis cum mortuis inire bellum, vbi nulla inuenitur in congreſſione victoria? Apud iudicem verum iam teneatur,*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-161610-p0083-6

*ad quem nullus appellat. Per ipſum in quo nos honoratis & diligitis, ſupplicamus clementiam tuam: vt pax permaneat temporibus tuis. Ne dum quæris damnare iam mortuos, multos inobœdientes interficias viuos. Et exinde compellaris reddere rationem ei, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos.*

## TERTVLLIANVS.

*Libro contra præſcriptiones Hæreticorum, folio 104.*

*NEgotium illis (Hæreticis) eſt, non Ethnicos conuertendi, ſed noſtros euertendi: maiorem captant gloriam, ſi ſtantibus ruinam, quàm ſi iacentibus eleuationem operentur: quoniam & ipſum opus eorum non de ſuo proprio ædificio venit, ſed de veritatis deſtructione: Noſtra ſuffodiunt, vt ſua ædificent. Ita fit vt ruinas facilius operentur ſtantium ædificiorum, quàm extructiones iacentium ruinarum. Ad hæc ſolummodò opera humiles & blandi.*

*Mentior, ſi non etiam à regulis ſuis variant inter ſe, dum vnuſquiſq; pro ſuo arbitrio modula-*

*tur*

*tur quæ accepit, quemadmodum de arbitrio ſuo ea compoſuit ille qui tradidit.*

*Et folio 99: Apoſtoli mortuos reſuſcitarunt, iſti de viuis mortuos faciunt, &c.*

## *I. PETRI II.*

*Satius fuiſſet illis non cognouiſſe viam Juſtitiæ, quàm vbi cognouerunt, conuerti ab eo, quod illis traditum fuit, ſancto præcepto.*

## *FINIS.*

GORLICII
Excuſum typis Ambroſij Fritſchij,
ANNO
M. D. LXXX.

m, quos fecit, præmia doctor habet.
pe dedit, dixit quoq; ſæpe iacenti:

catem
Vera animi reuerentia

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-161610-p0087-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-161610-p0088-4

155271

AB 155271

X2204136

...m, quos fecit, præmia doctor habet.

...atem

Vera animi reuerentia

...e dedit, dixit quoq; ſæpe iacenti:

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-161610-p0089-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-161610-p0090-9

# De Locorum THEOLOGICORVM D. PHILIPPI MELANTHONIS ORTHODOXA PVRITATE ET VTILITATE, ASſertio & ſubſcriptio præcipuorum aliquot Doctorum.

*Nomina eorum, quorum teſtimonia citantur, vide verſa pagina.*



*Epheſ. IIII.*

*Non amplius ſimus pueri, qui fluctuemus, & circumferamur quouis vento doctrinæ, per verſutiam hominum, per aſtutiam, qua nos adoriuntur, vt imponant nobis.*

M. D. Lxxx.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-161610-p0091-5